

1980
L
1093





*Enchiridion. Simi nānd a manu dicitur. Ille prophetarum
manus h' qd dicit con dante papibus. Ille prophetarum*

ENCHIRIDION ERASMI ROTERODAMI GERMANI DE MILITE CHRISTIANO, IN

quo taxatis vulgi superstitionib⁹,
ad priscae religiois puritatē,
veteris eloquentiae
lituo nos pro
uocāt .

HIERONYMVS EMSER,

Rite bonas artes cum religione, vetustas
Contulit: at nobis littera sola placet.
Scire volunt omnes hodie: bene viuere nemo.
Heu frustra sapiunt, qui sibi nil sapiunt,
Q³ bene priscorū calleis imitatus Erasmus,
Psalteriū cytharæ cōmodat: ora lyræ,
Oris & argentū vestiuit pectoris auro
Niliacascq; Deo, praeo sacrauit opes,
Hic tibi emendus erit distractis omnibus vnus,
Tanq̄ euangelico gemma reperta in agro,
Hic tibi Thesaurus Lector permaximus esto
Ille tuo vigilet dormiat inq; sinu,
Hic tibi si placeat, Christo mihi crede placebis,
Et Christo sapiēs: si sapit ille tibi,

τέλος.



Handwritten text on the right edge of the page, possibly a library or collection mark.



REVERENDO AC NOBILI DOMINO, D.
 Ernesto de Schleynitz, Sanctę Pragen. & In-
 genuę Misneñ, Ecclesiarum Præposito
 dignissimo, Hieronymus Emsler
 se cõmendat,



O Erebat iam pridem, tam paterna erga me benefi-
 centia, quę tua ipsius virtus ac dignitas, Erneste no-
 bilissime, quatenus meã erga vtrũq; obseruantia,
 publico aliq; Ingenij mũere declarassem. Verũ
 cum timerem Magnificentia tuam politioribus
 olim studijs Bononię sub Philippo ac Camillo præceptorib;
 pulcherrime institutam, meis me potius ineptijs offensurũ quã
 oblectaturũ, Atq; aliquãdiu in eodẽ, vt aiunt, luto hesitarem.
 Opportune tandẽ in manus venit Erasmi Roterodami Ger-
 mani de milite Christiano Enchiridion, omnib; numeris mo-
 discq; absolutum. Ita em̃ totius Christianissimĩ rationẽ, in vnã
 adegit summam, vt quicquid ei; rei, tam apud singulos ethni-
 cos, quã ecclesiasticos scriptores, immenso prius voluminũ pe-
 lago, hinc inde diffusum cõtinebat, breui hic noster dogmate,
 & vno (vt aiunt) fasce cõplexus sit. Instruit autẽ Christianus
 miles, qua nam arte, quibusve telis, cum hoste, cominus, ami-
 nusq; pugnandũ, & noua quædam pponunt stratagemata,
 vniuersaq; rei militaris disciplina tanq; in tabula depingitur,
 non ea tamen quã Flavius, Aelianus, Frontinus, Curtius, aut
 Xenophon tradiderũt, Sed qualem ille suis reliquit auctora-
 tis, qui dixit, Estote fortes in bello, & pugnate cũ antiquo ser-
 pente, & accipietis regnũ æternum. Cum autẽ idem libellus
 & etati tuę & personę (qui posthabita principum aula in qua
 facile atq; hereditaria quadam vicissitudine primus esse pote-
 ras, vni Christo te deuouisti) ita quadret, ita conueniat ac si ab
 Erasmo ipso nũcupatim nomini tuo fuisset adscriptus. Iccirco
 ego eundem eum plerisq; locis, quibus Calcographorũ sca-
 tebat erroribus restitutũ, nouoq; Indice, & reconditorũ rerũ
 annotatiũcula (ppter cõmunẽ legentiũ fauorem) elucidatum

*Enchiridion
 Omnia q; a manu
 dicta q; p; mptua
 uid. et quod ad ma
 nu h; q; d; & beat
 cu; d; esse capuly
 abing belli hanc
 quod manuali lat
 dunt q; ep; & p; q;
 nouand; & manuali
 Roming et em
 ng
 Al' omig b; stat; sm
 m; m; s; ioc; d. h. i. g;
 Quid dunt in to qui
 fonn; roming arma
 Eni ng b; aloginguo
 loco q; si ab; m; man
 te et differt a longe
 q; no; vtr; d; p; e; d;
 eming q; d; o; ut lo; q;
 q; d; o; d; z; eming; ioc;
 la m; m; bat; B; d; d;
 roming a loco p; p; d; q;
 no; d; loco p; p; d; q;
 p; p; e; ut roming; t; o;
 actid; no; roming; f; d; o;*

Magnificentię tuę optimo iure dedico, quatenus, te veluti duce
Impatoreque exercitus, reliqua Tyrönũ turma, & gregarius
quisque miles, veram Christianę militię disciplinã auspicentur,
tibi que ac parenti tuo nobilissimo acceptũ referant, si quid me
in hoc labor aut industria illis profuerit. Tuę humanitatis erit
& Erasmi comiter admittere, & ad pręcepta ipsius animum
intendere. Ita enim Christo, cui te semel dedisti, vehementer
placebis. foeliciter Vale ex arce tua Honsteyn, pridie Kalen.
Septēbres, Anno eiusdem Millesimo quingentesimo decimo
quinto.

¶ Ad eundem.

Sepe tuas volui numeris includere laudes.
Nec numeros patitur, nec tua fama modũ
Nam genus vt taceam, titulis in signe Baronũ,
Vt sint maiorum fortia facta nihil,
Vt taceã patrijs plenũ virtutibus orbem,
Teque tuo ipsius metiar ingenio,
Ipse bonas artes doctus, Sacramque Mineruã
Idem tergemino doctus es æloquio,
E quibus Ausonia maior tibi gratia linguę,
Plurima dicendi copia, mixta sale,
Nec probitas gemina deest, pietasque deorum,
Vtque vno referam carmine cuncta breui.
Filius vt sapiens, honor es, patris sapientis,
Ore refers Iuuenem, more animoque senem,

τελος

¶ Ad eundem.

Sunt quibus est celli studiũ, & pius ardor olympi,
Sed velut amuls non sapit iste liber,
Sunt quibus est locuples rerum doctrina: sed illis
Tanque indeuotis non sapit iste liber,
At tibi patrono pariter doctoque pioque,
Dispercam, si non mel sapit iste liber,

τελος

A ij

*H. gregarius
et f. g. vulgaris
Vnd. gregarius miles
q. no. electus f. n.
multitudine vnder
collety Galustus.
Q. ind. multitudine
vnt. fellam. victorie.
p. g. gregarius milit
by alios p. cariorib
vid. bat. alios ita d
inter. ut regio victu
atq. cultu vna agerit*

*Minerua Discephad
da. q. f. p. pallab. q. et a. mian
q. q. vni. m. d. t. aut a. m. m. d.
ut. d. quet. f. v. v. l. q. d. m. m. v. a. t.
q. d. p. a. f. a. m. i. p. s. a. p. i. d. p. o. u. e. b. a. r. u. t. q.
Tergemini d. e. l. o. q. u. i. o.
vni. q. d. n. o. t. a. a. v. n. d. l. i. q. u. e.
u. a. r. u. d. Q. u. d. t. e. r. g. e. m. i. d. i. c. i. t.
t. u. d. q. d. v. n. o. v. i. t. i. o. e. o. d. t. p. e. u. a. t.
l. i. q. u. a.
A. u. s. o. n. i. a. q. d. l. i. n. g. u. a. l. a. t. i. n. a. e. o.
q. r. o. m. a. d. p. r. i. m. f. u. e. r. u. d. l. a. t. i. n. i. q.
a. u. s. o. n. i. a. d. i. f. u. e. r. u. d. f. u. e. r. u. d. p. i. t. a. m.
p. o. s. s. e. d.*



INDEX,

Aaron orationis typum gerit	Fol. v
Abrahā mystice, in senectute ratiōis typū gerit.	xiiij
Abusus bonorum tpalium.	xxxix
Abyssag mystica. l.	i & xiiij.
Adraști numē. xviiij.	Alae amoris Platonicae. xxxij
Agonotheres. ij.	Ambitionis remedia. liij
Amor verus quid	xxxv.
Aniæ mors q̄bus signis dephēdit̄. & q̄ piculosa sit	ij
Anima iuxta Platonē duplex	xi
Angelus spectator operū nostrorū	xlix
Animi motus possunt ratione cōpesci.	xij
Animā bonā seu malā sortit̄ q̄liter se habere debet	xij
Animus hominis q̄; difficile domatur	xiiij
Anima mediū quoddā est inter corpus & spiritū.	xv.
Animæ cū corpore differētia practica	xvi
Aqua scripturæ diuinæ typum gerit	v.
Aqua de petra mystice	v. & xxxiiij
Aqua in vinū mystice. xxv.	Aqua benedicta. xxvi.
Ars v̄tutis & bene viuēdi. xviiij.	Aranearū cōpatio. xliij
Arma militis Christiani. iij. & viij	Auaritiæ remedia. li
Auctarium quotidie bonis operibus adiiciendū	xlv.
Aulicæ vitæ incomoda. xix.	Augustini laus. xxxiiij
Augustinus monachos nō instituit.	xxx.
Aurum sapientiam significat	
B	
Babylon fugienda	xviiij
Baptismus non facit Christianum	xxvi.
Bellū christiani militis, nō a fortuna sed a deo pēdet.	iiij
Boemorū error vnde pueniat	xxiiij
Boni & malī mercedē suā hic etiā recipiūt	xlvij
Boni & malī suos dños habēt, sed inēquales	xlvij
C	
Charitas vera a falsa qualiter discernit̄. xxx.	Caro vxor. i.
Caro præcipuū hominis malum	xviij
Carnē legis q̄liter Christus cōtemplit̄ præ spū	xxv
Carnis vocabulū qualiter in scriptura accipit̄.	xxviij

Carnis opera qualia sint	xxviiij, &, xxxix,
Carnis rebellio vnde sit orta	x
Crates aurum in mare	xxi
Catonis locus vulgo non sane intellectus	xxxii
Cecitas præcipuū hominis malum	xviiij
Cœlum quid mystice	xxviiij
Cerimonie ecclie corpales q̄ten ⁹ obseruandæ.	xxviiij, et, xxxii
Cerimonijs nimium cōfidentes quantū errant	xxviiij,
Cerimonie confutant, nisi eis recte vtamur	xxx
Cerimonie superstitioſe	xxviiij
Cerimonie non faciunt religiosum	xxix
Celebrare quotidie	xxv,
Charitas noui & veteris testamēti maximū præceptū	xxix
Crassus auaritiæ notatus	xliij
Christianorum duplex perfidia	ij
Christianorum nemo alienus est alteri	xxxviiij, et, xxxviiij,
Christianorū omnia debēt esse cōmunia	xxxviiij
Christian ⁹ debet Christi imaginē in morib ⁹ reſentare,	xxviiij
Christiani veri qualiter cōtempnunt	xxxiiij
Christianorū pusillus numerus est	xxxiiij,
Christus etiam christianis ipsis cōtemptus est	xi
Christus ad se appropinquati vltro fit obuiam	xxxiiij,
Christianism ⁹ nō tā ī cerimonijs q̄ charitate, pximi sita ē,	zi,
Christianismi decretum.	xxxix
Christianis sola voluntas deest bene agendi	xiiij
Christianis vt nihil fortius ita nihil imbecillius	xij,
Christianorū cōmunis p̄fessio	xix
Christi vita omnibus collata præstantior est	xix
Christus scopus noster ad quē omnia referēda sunt	xx,
Christus qualiter honorādus.	xxvi. Corpis cōditio. xv
Cōfutatō argumētōrū mūdi cōtra pie viuētes	xx
Correctio debet esse lenis	xliij
Correctio nimis exasperans duo mala opatur	ibidem
Conscientiæ vermis	xlviij
Consperſo viuere quid sit	vi
Corpus Christi nec Marię sine spū nihil p̄dest.	xxv, et, xxvi
Corporis Christi præsentia non saluat	xxviiij,

Cruce christi qualiter imitanda.	xxxiiij
Cruce christi qualiter veneranda	xxvi
Crucis mysteriū, virtus & efficacia.	xxiiij. & xlvi
Crucis fructus. xlvj.	Cupido duplex. xlix

D

Damnum christianorum vnicum.	xxxv
Dauid cōtra Goliath prelium & arma mystice	viiij.
Diabolus semel fortiter repulsus non reuertitur.	xlvi.
Diris deuouere	ij
Diuitias gētiles magis cōtēpserūt q̄ christiani. xxx. & xxxiiij	
Diuitiæ vere. xxxv.	Diuitijs qualiter vtendū. li.
Diuitiæ inter bona postremū locū obtinent.	li.

E

Egyptus mystica	i.
Egypt ^o relinquēda sic vt reuertamur ad ollas carniū.	xviiij.
Esaie locus. xxxiiij.	Eua mystica. i et. xiiij
Ethnici qualiter legēdi. vi.	Excusatio in p̄ctis xliij
Excusatio antiquorū patrū & quorundā lapsorū	xliij

F

Ferīe celebrandæ bello confecto	i.
Fides sine moribus inutilis	xxxiiij
Fides vera nō patit̄ hominē esse malum	xviiij
Fomes ad quid relictus. xvij.	Fortitudo vera xxvi
Flere irridendos & irridere stendos.	xxxviiij

G

Gallus cur Aesculapio votiuus	xxiiij
Gratia dei luti cōparat̄	xxiiij
Gratia dei sola homini non sufficit	iiij
Gentiliū literæ quatenus legendę.	vi. et xxi
Gentiles qualiter deum adorauerunt	xxxij
Gentilium virtus ac probitas	xliij
Gesta antiquorū Regū ac Ducū quaten ^o imitāda	xli
Gloria vera & falsa quæ.	xxxvi

H

Hominis descriptio	x
Hominis dignitas	xlviiij
Honor huius sæculi falsus	liij.

Herculi decimæ votivæ	xxij
Hesiodi cumulus	xlv
I	
Iacob & Esau odium mysticum	xij
Iacob luctamen cum angelo	xv
Iacob quando fit Israel	xv
Ieiuniū quomodo deo placet	xxx
Indulgentiæ quomodo prosint	xxxij
Infirmitas præcipuum hominis malum	xvij
Inimici qualiter diligendi	xxxix
Iniuriã pati q̄; facere Christiano præstat	xxxix
Iniuriam leniter ferre quid docet	liij
Iniuria an propulsanda	liij
Insignia christianorum	xxxv
Ira brevis infania	lv
Iracundiæ remedia	liij
Iraſci qualiter licet	lv
Iraſcibilis potentiæ sedes	xi
Isaac cum Hysmaele colluſio	xiiij
Israel videns deum	xv
L	
Laboris difficultas qualiter lenienda	xlv
Lapsis q̄; citissime reuertendum	xlvi
Legis errorē qualiter christus cōtempſit præ spū	xxv
Lex duplex	xxvij
Leditur nemo niſi a ſeipſo	xxxvi
Libidinis remedia	xlviij
Literæ ex ſimplici ſenſu & myſterio tanq̄; ex corpore & anima conſtant	xxiiij
Lucrum christianorum	xxxv
Ludus christianis prohibitus	xxxix
Lras bōas ignorare qdã fatui ſummã religionē exiſtimãt, 57	
M	
Magiſtratus qualiter debet eſſe diſpoſitus	xl
Magiſtratu indignus eſt qui libenter gerit eum	xl
Mala tria hominis præcipua	xvij
Manna typum gerit ſacræ ſcripturæ	v

A iiij

Manna, quid est hoc	v
Meretrix	xv
Mercator verus pecuniā in loco negligit	xxxvij,
Membrorū varia officia	xxxvij,
Membra infirmiora necessaria sunt	xxxvij,
Membrū christi nō est qui nō sequit̄ vestigia christi	liij,
Missæ qualiter audiendæ	xxvi
Missam nō quotidie sed debite legens meref	xxv,
Miles cristian⁹ partī diuinæ gr̄e partī pprie v̄tuti inniti debz	4
Militis christiani idem spectator qui & munerator	ij,
Moses christi typum gerit	i
Moses scientiæ typum habet	v
Monachi fastigiū religiōis in solis cerimonijs ponūt	xxix
Monachorū vita q̄ sit corrupta	xxx
Monachi vocabulū laicis probrosum	xl
Monachatus nō est p̄teras nec facile suadendus	lv, et, lvi
Mors animæ q̄to grauior corporis interitu	ij
Mori peccato paucissimis cognitum	xix
Mortis meditatio	xxiiij
Mortem quid faciat faciliorem	xxiiij
Mors nostri sæculi omniū corruptissimi	xxxiiij
Mundus quid	xix, et melius, xli
Mundus præstigiator	i,
Mundus tripliciter nos fallit	i,
Mundi.	xxiiij.
Mundana qualiter ad cœlestia referenda.	xiiij,
N	
Naturæ circa animos solers cōpensatio	xij,
Neptuno cur thaurus sacrificabat̄	xxij
Nequicq̄ sapit qui sibi nil sapit	xxxvij,
Nobilitas vera	xxxiiij
Novitatum studiosi	xxxvij
O	
Observatiā ceremoniarū carnaliū nō facit hoīem spiritalē.	xxix
Odiū Jacob & Esau.	xiiij
Odiā hominū & cōtrarietas ex nihili rebus.	xxxvij
Oratio quorundam cur non audiatur	xxij

Oratio qualis esse debet.	v,
Orandi modus.	v
Orandi abusus.	vi. & xiiij
Orandum quid sit	xxij
Oratio non intellecta quid proficit.	vij.
Origenica similitudo.	vij
Origenis diuisio circa hominem.	kv
Ornatus regius.	xi
Opera etiã bona qua cautela dijudicanda	xvi
Opera corporis qualiter ad animã referenda.	xxij
Opera singula qualiter ad Christũ referenda.	xxij
Operũ bonorũ vanitas nisi recte fiant	xxxvi
Opera omnia ex carne constant ac spiritu.	xxxij
Obrectatores non audiendi	xxxix
Optima ab initio præponenda	xliij
Opus omne ex carne constat & spũ	xxxij
P	
Panoplia quid.	vij
Pacis cõmendatio.	vij
Pax falsa.	ij. & xiiij
Panes ordeaceos frangere	xxxij
Platonis de turpi & honesto sententia	xxxij
Platonis philosophia Christianis magis quadrat.	vi
Pandore pixis.	xxi
Paulus legum consultus.	xxxix
Paulus semp in manu habendus	lvij
Pauli cũ philosophis concordantia	xiiij.
Pauli stimulus ad quid nobis prodest	xiiij
Pauli & Platonis cõcordantia	xiiij
Peccata vnde eueniant	xxxiiij.
Peccati utilitas	xliij
Peccatũ causa leuior magis aggrauat.	xxix
Peccata quamobrem maxime vitanda	xliij
Pecunia qualiter vtenda	xxi
Pecunia q̃z despecta olim fuit	xxxiiij
Pœnæ inferorũ apud poetas quid significant	xx
Predicatorum stultitia & Hypocrisis	xxvij

Peregrinari	xxvi
Philautia q̄ nociva	xxxij
Principatus qualiter gerendus	xl, & xli
Principes q̄liter se regēt ac quid aniaduertere debēt	xl
Philosophia quomō mortis meditatio	xij
Philosophi sectas suas fortius tuent̄ q̄ Christiani	xxxvij
Platonici imitandi.	vi
Poetę non sunt aspernendi	eodem
Poetę deorum figuli.	vij
Potentia vera quid sit	xxxvi
Promethę ⁹ hoīem finxit singulorū aīaliū partē addidit	x
Prothęus sensualitatis typum gerit	xiiij
Pronūciatio maximā vim habet.	xxxiiij
Prosperis rebus non esse confidendum	xliij,
Prudentia vera & falsa	xxxvi
Pueri centum annorum	xxix
Pueri Christianorū qualiter statim instituēdi	xxxiiij
R	
Rationis sedes	xi
Religio quibus ex causis quotidie deficiat	vij
Religionis habitus qualiter proficit	xxvi
Religionis habitū induere in morte	eodē
Reliquiæ sanctorū quatenus venerandę.	eodē
Reliquiæ verę quę sint	eodē
Reliquias crucis aut alias secū portare quid valeat.	eodē
Regū & Principū pprietas & officiū.	xi, & melius, xli
Regū vna gloria si Christi vestigia sequant̄	xli
Reipu. cū homine pulchra cōparatio	xi
Rerum triplex differentia	xxi
Respublica qualiter constitui debet.	x,
Regū & Ducū antiquorū gesta quatenus imitāda	xli
S	
Sacerdotis vocabulū quomō laici cōtemptui habēt	xl
Sancti qualiter vere colendi.	xxvi
Sapientię Christi & mundanę differentia	ix
Sapientia huius mundi q̄ stulta sit.	eodem
Sapientia mundi vniuersi mali mater.	eodem,

Sapientia Christi quomodo cōparat̄.	eodem
Sapientia carnis qualiter intelligenda.	xxviij,
Sapientia gradus.	xij
Sapientie caput seipsum nosse.	x
Sapientē aliter Stoici, aliter Peripathetici diffiniunt.	xij
Sapientia quæ sibi non sapit frustra est	xxxviij
Sacrarum literarū laudes	v
Sacra mystice caro dominica	xiiij
Sepulchra dealbata	liij,
Specus Platonius.	xxxiiij
Sensus pedagogi ad virtutem.	xi
Simoniam in utroq; foro qualiter cōmittit̄	xl
Scripturæ sacræ firmiter oportet credi.	xviij
Scripturæ sacræ studiū q̄ sit necessariū	v
Scientia primū locum tenet inter media	xxi
Scriptura sacra ab impuris tractari non debet.	xi
Sema & Sima quid.	iiij
Solertia vera	xxxviij
Spiritus est qui viuificat.	xxv,
Spiritus natura	xv
Spū de⁹ adorād⁹ ē. canōe q̄nto p̄ totū, fol. xxiij, & seq̄ntibus.	
Stationarij & mendicantes taxant̄	xxij
Stoicorū & Peripatheticorū differentia	xij
Stultitia Stoicis, a Christianis malicia dicit̄	viiij
Superbiae remedia	liij
Superstitio vulgi in colendis sanctis	xxij, &, xxv

T

Theologi qui potissimū ad bonā mentē conducāt	vi,
Theologi veteres q̄ritum neotericis præstant.	vij, & xxv
Theologiae studiū cur hodie contemnit̄	xxv
Theologia qualiter exponenda	xxiiij
Theologorū modernorū adultera doctrina.	eodem
Theologorū ac religiosorū laus egregia	xxviij
Tentatus ad orationem confugiat.	v
Tentatio frequens qualiter sustinenda	xliij
Tentatio siue tentator qualiter repellendus.	eodem
Tentatione imminente quid cogitandum	xlviij

*Embriuidion aliquando gladiolum sui militarem pignificatum significat Aliquando libellum
 cuius qui fabrici in manibus frequentiter debeat quale est embriuidion diuini.
 diuini simpliciter Augustini appellat autem fructuosos opera sua embriuidia
 hoc est vitiosos libros et semper habendos. **INDEX.**
 in manibus prope hunc hunc embriuidio sui infra ait*

<i>Embriuidion hoc est pignificatum</i>	Terra quid mystice	xxviiij,
<i>modo quidam veridicam quoniam in manu disponas. ut in rebus quidam aut in rebus ut stiam si quando regis in singulis mundi negotijs pergruamdi instans istam</i>	Titulorum magnorum vanitas.	xli
<i>argumentum qua</i>	Vana gloria hydræ cōparat	xliij
<i>malis rebus</i>	Veneres & cupides duæ Platonice	xlix
<i>ut in rebus</i>	Vita vera ad beatitudinē nosse seipsum	xij,
<i>tauten ut velle</i>	Vitiorum variæ species & differentia.	eodem
<i>reuerentia in</i>	Vitia aliqñ cū virtutib⁹ a natura cōpensant	eodem
<i>gialor illi oppo</i>	Vitia qualiter ad virtutem flectenda	eodem
<i>mat et pro</i>	Vitia odienda sunt non homines	xxxviij
<i>reuerentia:</i>	Vitia etiam leuissima nō sunt cōtemnenda.	xlv
<i>falluntur ut p</i>	Vitijs suis quisq; libenter ignoscit	eodem
<i>gialor fuit gla</i>	Victoria parta maius periculum imminet	xliij,
<i>diolima hunc</i>	Vim vi repellere an liceat Christiano	xxxix
<i>habere qui usq</i>	Vigilandum qualiter nobis sit	i.
<i>entiaq; vult gosa</i>	Virtus ardua in principio	xij
<i>tu usq; in vltis</i>	Virtus quomō a Socrate diffinit.	xxxiiij
<i>ad vltimam</i>	Vita christiana nō tā in cõmonijs c̄q; in charitate sita est.	xxxxi
	Vitæ breuitas	xlix
	Vnum qualiter omnes sumus in domino	xxxviij
	Voluptas vera	xxxv
	Vulgus pessimus iudex	xxxiiij
	Vulgus qui dicant	eodem
	Vulgus Christianorū pessimū.	eodem
	Z	
	Zelotypus est deus animarum amator.	xviij,
	Zodomam relinquens non debet retrospicere	Fol. xviiij

*in vltima vult gosa et vltis vult gosa
 est et vltis vult gosa et vltis vult gosa
 vltis vult gosa et vltis vult gosa*

Iob. 7



*Cephalus atque Hercules maximus vespertor
fragittandi volatq; ianilandi p'hibiffimul
fuit*

De Cephalo
apud Ovidiū.
7. metha.

Mūrus triplr
nos fallit

Summulus

Adfuto

Abditio

Caro vxor.
Aeua

Adlecto

*Deus d' tertio rapit aut
dus qd serpente: qmā
exi. Ser: in alio d' d' d' d' d'
via ammanca et d' d'
ad d' d' d' d' d' d' d'*

Adam.

*Ad d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'*

Ad d' d' d' d' d' d' d'

*Ad d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'*

Genoq; qd

*Genoq; qd d' d' d' d' d' d' d'
qd d' d' d' d' d' d' d'
qd d' d' d' d' d' d' d'*

Compotatio

*Compotatio d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'*

De Adonide.

Ouidius. 10.

Methamor.

*De d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'
d' d' d' d' d' d' d' d'*

neq; Herculi neq; Cephalo fuit vllum iaculū certius: nisi impenetrabili fidei scuto excipiant. Tum rursus a dextra leuacq; a frōte pariter atq; a tergo / mūdus hic nos oppugnat, q iuxta Ioannis vocē, totus in vicijs est cōstitutus: ideoq; Christo: tū infestus, tum etiam inuisus. Neq; vero simplex oppugnandi ratio. Interim em̄ rebus aduersis / velut aperto Marte seuiens animi mœnia graui quatit ariete; interim ingētibus quidē sed vanissimis pmissis / ad pditionē sollicitat / interim actis obliq; cuniculis / inexpectatus adrepat / vt inter oscitantes ac securos opprimat. Postremo inferne quoq; lubricus ille anguis, primus pacis nostrae proditor nunc in virenti gramine concolor abditus, nūc in cauernis illis suis delitescens, centenis contortus voluminibus nō desinit / mulieris nostrae, semel corruptae calcaneis insidiari. Mulierē autē carnalem hominis partē intellige. Hæc est em̄ Aeua nostra, per quā versutissimus serpens ad mortiferas voluptates mentē nostrā illectat. Porro autem quasi parum sit, sic vndiq; tantū hostium imminere, intus deniq; in ipsis animi penetralibus / hostem ferimus plusq; familiarē, plusq; domesticū, quovt nihil interius, ita nihil pōt esse periculosius. Hic hic est vetus ille & terrenus Adam, consuetudine plusq; ciuis, studio plusq; hostis quē neq; arcere vallo licet, neq; castris exigere fas est. Hic nobis centenis est obseruandus oculis / ne forte dei p̄sidiū aperiat demonibus. Ergo quum tam formidabili tamq; difficili bello distringamur oēs / quumq; nobis res sit cum hostibus tam multis, tam in nostrā p̄niciē iuratis atq; deuotis, tam vigilantibus, tam armatis, tam pfidis, tam exercitatis, nos male sani, cōtra nō arma capimus: nō excubias agimus: nō oīa suspecta habem⁹: sed pinde, vt in reb⁹ bene pacat] supini stertim⁹, cessam⁹, voluptamur, atq; cuticulā (vt aiūt) curam⁹ ociosi. Neq; om̄ino secus / q; si vita nra græca sit cōpotatio, nō bellū, ita p castris & pellibus, in cubilibus volutamur, p scutis & armis, rosīs & Adonidis delicijs redimimur, p militaribus studijs, luxu & ocio indulgemus: Pro martijs telis, citharam imbellem tractam⁹. Quasi v̄o nō ista pax / bellum sit omnium teterrimū. Etem̄ qui cū vicijs pa

.1. Ioan. 5.

Esa. 6.

Luce.

Ad ro. 6.

*Prosidium proprium, apud
partem ipsam alii
quoniam cum militibus par
tibus qui ad custodia et
defensionem vult alios
ut loquor prosidat*

Fo, II,

cem iniit, cū deo in baptisate percussum foedus violauit. Et tu
vesane clamas pax pax, quū deū habeas inimicū, qui solus & Pax falsa cum
pax est, & pacis author. Clareq; reclamatur ipse p os pphete, nō hoc mūdo,
Esa. 68. est inquit pax impijs. Neq; em̄ prorsus alia est cum illo pacis
conditio nisi dum in hoc praesidio corporis militam⁹, odio ca
pitali summaq; vi, cū vicij belligeremus. Alioqui si cū ijs no
bis cōueniet, eū q̄ solus pōt, amicus beare, inimicus pdere, bis
hostē sum⁹ habituri, simul, qd̄ ab illis stam⁹, cū qb⁹ solis nihil
cōuenit deo (quid em̄ cōueniat luci cū tenebris) simul quod in
gratissimi pactā illi fidē nō praestamus, & sanctissimis cerimo
nijs ictum foedus nepharie soluimus. An nescis o Christiane
miles, iam tum quū viuifici laurachri mysterijs initiabar, nos
mē dedisse te duci Christo, cui bis vitā debebas, pariter & do
natā & restitutā, cui plusq; te ipsum debebas? Non succurrit
te, verbis cōceptis, in tam benigni impatoris iurasse sententiā,
eius sacramētis veluti donarijs authoratū, tuumq; ipsius diris
deuouisse caput, si minus pacto stares? Quorsum attinebat
crucis characterē imprimi fronti tuā, nisi vt quoad viueres/
sub illius signis militares. Quorsum ptinebat sacro illius per
ungi ceromate, nisi vt cū vicij aeternū luctamē ingredereris?
Quātus pudor, quāta pene publica humani generis execra
tio, quū a duce principe deficit homo? Tu quur ludibriū ha
bes Christū ducem tuū? neq; metu illius coercitus quū sit de⁹,
neq; amore phibitus, quū tua causa sit hō? Cuius etiā vocabu
lum pra te ferēs, admoneri debebas, quid illi pmiseris. Quur
ad hostē/vnde te semel praecio sanguinis sui redemit, perfidus
desciscis? Quur bis transfuga i hostilibus castris meres? Qua
fronte audes cōtra tuū regē signa infesta tollere, qui p te vitā
impēdit? Nam qui p illo nō stat, vt dixit ipse, cōtra illū stat, &
qui cū illo nō colligit, dispergit. Meres aut nō solū foedo titulo
sed etiā infelicissimo stipēdio. Vis audire stipēdiū tuū, tu quis
quis mūdo militas? En tibi Paulus Christianae militiae signifer
respondet. Stipendiū inquit peccati mors. Quis vel specio
sam militiā suscipiat, si mors pposita sit corporis? Tu vō tam
foedam toleras, anime mortem mercedis loco reportaturus?

Autgor

beare

Summa

Authoratum
hoc ē obligatū

Diris deuoues
re. In

baptismo votū

Cruce vinctio.

Ceroma pprie
est oleū cū luto

seu terra, hic ca
pit p chrismate

Christianorū
duplex pfidia.

Ioath
Esa. 68.

Luce. II

Ad ro.
6.

B ij

in bellis istis insanis: quæ cū hominib⁹ hoies; vel ferina rabie:
 vel certe misera necessitate gerūt, nōne vides si qñ militū aios,
 vel prædæ pmissæ magnitudo, vel formidata victoris crudelitas,
 vel opprobriata pudor ignavia, v^l laudū deniq; cupido
 stimulauit, q̄ alacribus studijs, quicquid est laboris exhauriāt,
 q̄ vilem habeant vitā, quāto ardore certatim in hostem aduer
 sum rapiantur? Et quantula quæso te merces miseris tātō dis
 crimine tantoq; studio petitur? Nempe vt ab homūculo im
 peratore collaudati militari fremitu/castrensiq; atq; incondita
 cantiūcula celebrent, vt corolla graminea aut quernis frōdi
 bus cingant, vt peculiū plusculū domū referant. Nos contra,
 neq; pudore, neq; præmio accendimur, quū eundē habeam⁹
 nostri certaminis spectatorē, quē habituri sumus & remunere
 ratorē. Quæ v^o victori præmia pposuit noster Agonothetes?
 Profecto nō tripodas, aut mulos, qualia apud Homerū
 Achilles, apud Maronē Aeneas, sed quæ neq; oculus vidit,
 neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascēderūt, & hæc quidē
 interim veluti laboris solatia impartit adhuc dimicantib⁹. Quid
 deinde? foelicē immortalitē. Sed in ludicris illiscertaminib⁹, in
 quibus potissima præmij pars gloria est, & victi sua munera
 fortiunt. Nobis summo atq; ancipiti periculo res gerit, neq;
 de laude/sed de capite certatur. Et vt summa merces pposita
 gnauiter operam nauanti, ita summa decreta pœna desertori.
 Cœlum pmittit strennue pugnāti, & non incalescit generosæ
 mentis viuida virtus, tam foelicis præmij spe. Præsertim pro
 missi authore illo qui tam fallere nō potest, q̄ non esse nequit.
 Geruntur omnia sub oculis cuncta continentis dei, habemus
 vniuersum cœli cœtum nostri conflictus spectatorem, & nō
 vel pudore accēdimur? Collaudabit ille virtutē nostrā, a quo
 pbari, suprema foelicitas est. Quin hanc gloriā vel vitæ dispē
 dio petimus? Ignauum pectus est, quod nullis præmijs exci
 tatur; at solent & ignauissimi malorum metu expergescieri. At
 illic quidē hostis/vt sit violētissimus, in fortunas atq; in corp⁹
 sæuit. Quid autē amplius in Hectorem potuit, crudelissimus
 victor Achilles? At hic sæuitur in immortalem tui partem.

Opprobriū

Castrensib⁹

Graminea corolla

Plusculū

Agonothetes
propositor cer
taminū seu spe
ctaculorū

Spectator

Militi christiāi,
idem spectator
qui & mune
rator.

Ignauus

Home.
23. Ilias
dos.
Virg. in
5. aeneid
dos.
Paul⁹. I.
ad cori.
2.

Fo, III,

Necq; cadaver tuū circū sepulchrū trahit, sed corpus pariterq; ania ad inferos demergit. Illic extrema calamitas, vt animā a corpore victor gladius auferat, hic ipsi animæ sua vita eripit deus. Nature est interire corpus, quod etiam si nullus occidat, tamē nō emori nō pōt. At animā mori, infelicitatis extreme est. Corpusculi vulnera, quāta cautela depellimus, quāta sollicitudine medemur? & animę vulnera negligim⁹? Corporis interitū, immane, quātum horremus, ppter ea quod oculis videatur corporeis. Animā vero morientē quoniā nemo videt pauci credunt, paucissimi formidant, quum sit hęc mors illa morte tanto atrocior, quanto corpore prestat anima, quanto animę deus. Vis tibi cōiecturas quasdā cōmonstrem, quibus animę deprehendas vel morbū, vel interitū? Male cōcoquit stomachus, cibum non continet. Corporis morbū intelligis. Non tam panis cibus est corporis, q̄ animę cibus verbū dei. Id si tibi amarū est: si nauseam sapit: quid adhuc dubitas quin animæ tuæ palatum morbo sit infectum? Si non continet, si non concoctum in viscera traicit, euident habes argumentū valetudinariā esse animā. Quum genua labant, & mēbra vix egra trahunt, corpus male habere cognoscis, & non colligis animi morbum, quum ad omnia pietatis officia languet, nauseatq; quum ne leui quidem contumeliæ ferendę robur superpetit, quum paululo pecuniollæ dispendio frāgitur? posteaq; oculos destituit visus, vbi desierunt audire aures, posteaq; cōstupuit omne corpus, neq; dubitat, quin emigrarit anima. Tu quum habes cordis oculos obscuratos, vt euidentissimū lumē quod est, veritas, non videas, quum vocem diuinam internis auribus non percipias, quum omni prorsus sensu careas, vire vere credis animā? Vides fratrem indigna patientem, nihil cōmouetur animus, modo tua res sit incolumis. Quur nihil hic sentit anima? Nempe quia mortua. Quare mortua? Quia nō adest illius vita/deus. Siquidem vbi deus, ibi charitas. Deus enim charitas est. Alioqui si vitium es membrum, quur vlla pars corporis dolet, te non modo non dolente, verum ne sen-

B iij

Animæ mors
quāto grauior
est corporis in
teritu

Anię mors q̄
bus signis co
gnoscitur

Argumentum

valetudinariā

pecuniollæ

ome.
3. Ilias
os.
irg. in
aenei
os.
aul. 1.
l cori.

tiente quidem? Accipe signum, non paulo etiam certius. Des
 fraudasti amicum, comisisti adulterium, capitale vulnus accepit
 anima, & tamen adeo tibi non dolet, ut etiam quasi de lucro gaudeas,
 iactesque quod turpiter admisisti. Certum habe mortuam iacere animam.
 Non vivit corpus, si punctiōnem aciculæ non sentiat, & vivet anima,
 quæ tanti vulneris sensu vacat. Audis quempiam sermones impios,
 tumidos, maledicos, impudicos, obscenos, proferentem, verbis
 rabiosis in proximum debachantem, caue putes isti homini viam
 esse animam? Iacet in sepulchro pectoris putre cadaver, unde
 eiusmodi fetores exhalantur, & proximum quicquid inficiunt.
 Christus phariseos sepulchra dealbata, vocat. Quid ita? Nempe: quia
 mortuam animam secum circumferebant. Et regius ille propheta,
 sepulchrum inquit patens guttur eorum, linguis suis dolose agebant.
 Piorum corpora templa sunt spiritus sancti, impiorum sepulchra
 cadaverum, ut potissimum in eos quadret illa grammaticorum
 ethymologia $\sigma\omega\mu\alpha$, quasi $\sigma\eta\mu\alpha$. Sepulchrum pectus
 guttur & os hiatus sepulchri. Neque vllum corpus tam mortuum
 est destitutum anima, quæ mortua est anima relicta a deo.
 Neque vllum corporeum cadaver, sic obolet naribus hominum,
 ut foetor animæ sepultæ iam quadriduum / offendit nares diuinas
 omniumque coelitum. Ergo cum verba mortua profiscuntur
 e pectore, cadaver intus cubet necesse est. Nam quum iuxta
 vocem evangelicam, ex abundantia cordis os loquatur: nimirum
 viva verba dei loqueretur, si illic adesset vitæ deus. Contra
 evangelicis literis Christo dicunt discipuli. Domine quo ibimus,
 Verba vitæ habes. Quare ita tandem verba vitæ? Nempe quod
 ab ea manaret anima a qua nunc vel momento discesserat
 diuinitas, quæ & nos vitæ restituit immortalis. Sed egrotati
 corpori Paulo succurrit medicus. Corpus exanime non raro
 reuocant ad vitam & homines pii. Animam vero mortuam / non
 nisi singulari gratuitaque virtute resuscitat deus: ac ne resuscitat
 quidem si mortua corpus reliquerit. Tum corporeæ mortis aut
 nullus, aut certe brevissimus est sensus, animæ

Annula

Obscenum

Sebraqoz

Sepulchra dealbata

Soma grece corpus. Sima vero sepulchrum significat.

Mathei 23 Psal. 5.

Mathei 12.

Io. 6.

Ad Rom. man.

Io. 16.

sempiternus. Et quā alioqui plusq̄ mortua sit, tamen ad mor-
tis sensum quodāmodo est immortalis. Proinde quum tam
nouo periculo nobis sit dimicādum, quis ille stupor, quæ fas-
curitas, quæ supinitas animi nostri; quem tanti mali metus nō
acuit? At ediuerso nihil est quod te vel periculi magnitudo:
vel hostium copię, vires, artes, consternent animo. Succurrit
q̄ grauem habeas aduersarium, succurrat e regione, q̄ præ-
sentem habeas opitulatorē. Innumerabiles aduersum te, sed
qui pro te stat, vnus plus potest omnibus, Si deus pro nobis:
quis contra nos? Si ille sustinet, quis deiciet. Tu modo victo-
rię votum toto pectore concipe, In mentem veniat, non tibi
cum integro hoste rem esse, sed cum eo, qui iam olim fractus,
fusus, exutus atq̄ a deo triūphatus sit a nobis, sed in Christo
capite nostro, a quo proculdubio vicissim vinceat, & in nobis.
Tu modo cura vt sis in corpore, & omnia poteris in capite /
In teipso quidem nimis es imbecillis, in illo nihil non vales.
Proinde ne anceps quidē est nostri Martis exitus, propterea
quod neutiq̄ a fortuna pēdeat victoria, sed ea omnis in manu
sita sit dei, ac per eum nostris quoq̄ in manibus. Nemo hic nō
vicit, nisi qui vincere noluit. Auxiliatoris benignitas nulli de-
fuit vnq̄, si caueris, ne benignitati illius desis ipse; vicisti. Pro
te pugnabit, & liberalitatem suam tibi pro merito imputabit.
Victoriam omnem illi feras acceptam oportet, qui primus &
solus a peccato immunis, peccati tyrannidem oppressit, verū
ea tibi non sine tua continget industria. Nam qui dixit, confis-
dite, quia ego vici mūdum magno te vult animo esse, non se-
curo. Ita demum per illum vincem⁹, si illius exemplo pugna-
bimus. Quare sic inter Scyllam Charybdinq̄ medius quidā
cursus est obtinendus, vt neq̄ diuina gratia fretus, securius a-
gas atq̄ solutius, neq̄ belli difficultatibus exanimatus, animū
simul cum armis abiicias.

¶ De armis militiae Christianae.

Atq̄ illud in primis arbitror ad huius militiae disciplinā perti-

B iij

Bellū Christia-
ni militis non a
fortuna pēdet
sed a deo,

Scylla

Charybdis

Miles Christia-
nus partī diuīe
grē partim p-
prię v̄tuti inici-
deb; nec alterz
sine altero suffi-
cere.

Ad Ro
mañ, 8

Io. 16.

nere, vt q̄ maxime cognitum meditatūq; habeas, quo potissimū armorum genere/quibus cum hostibus oporteat con-
 gredi. Tum vt ea semper in expedito habeas ne quādo possit
 insidiator ille versutissimus, inermem opprimere, atq; inopis
 nantem. In vestris bellis, non raro licet interquiescere, vel quū
 hybernat hostis, vel quum intercedūt induciā. Nobis donec
 in hoc corpore militamus, ne digitū quidem transuersum (vt
 aiunt) licet ab armis discedere. Nunq; non standū pro castris,
 nunq; non excubādum, quia nunq; cessat hostis noster. Imo
 quum tranquillus est, quū fugam; aut inducias simulat, tum
 vel maxime molit̄ insidias, necq; vnq; cautiū excubias oportet
 agere, q̄ quū pacis speciem exhibet; nūq; minus trepidandū,
 q̄ aperto Marte nos adoritur. Ergo prima cura sit, ne
 inermis sit animus. Armamus corpusculū hoc, ne timeamus
 sicam latronis, non armabimus mentem vt in tuto sit. Armati
 sunt hostes vt perdant, nos piget arma capere, ne pereamus.
 Vigilant illi vt perimant nos non vigilamus/quo simus incos-
 lumes. Sed de armatura Christiana speciatim suo loco diceſ.
 Interim vt summam dicam duo præcipue paranda sunt arma,
 (ei cui sit cum septem illis gentibus Chanabeo, Cetheo,
 Amorreo, Pherezeo, Gergezeo, Eueo, Lebuseo, hoc est cū
 vniuersa vitiorum cohorte pugnandum; quorum septem ca-
 pitalia potissimum numerātur) præcatio & scientia. Semper
 armatos esse vult Paulus: qui sine intermissione iubet orare.
 Præcatio pura in celum subducit affectū, arcē videlicet hosti-
 bus inaccessam, Sciētia salutaribus opinionib; cōmunit intel-
 lectū, ita vt neutra alteri deesse oporteat. Alteri^o sic altera pos-
 scit opē res, & cōiurat amicæ, illa quidē exorat, sed hec sugges-
 rit quid sit orandū, vt ardēter ores, & iuxta Iacobū nihil hesi-
 tās, fides spesq; præstāt, vt in noīe Iesu, i. salutaria petas, scientia
 cōmonstrat. Audierūt & filij Zebedei, a Christo, nescit) quid
 petatis. Sed oratio quidē potior, vt quæ cū deo sermones mi-
 sceat, a sciētia nō min^o necessaria tamē. Aegypto p̄fusus, nescio
 an satis tuto te tam longo tāq; difficili itineri commissurus sis;

Inducia

Sua

**Duo præcipua christiana
 norū arma,**

Oratio.

Scientia.

*Jacobi, primo capite
 quod si nō dixerim
 deest superstitiam
 postulat ab eo qui
 dicit ut nō a deo
 qui dat iniquitatem
 iocundis sumptu
 ritus nō reprobat
 ar dabitur, si p̄d
 postulat nō fiducia
 infidelit̄ est fides*

*Iosue. 9
 II. et. 12*

I. testa. v

Iacobi, 1

*Mathei
 20.*

Exo.

Capi.

*I. ad c
 rin. 14
 Ad r
 14.*

*Exo. 1
 et. 17.
 Psal 2*

Mof. 8. Ego di. d. d. otario rapit. Vt autem aualeth et pinguabat intra filios israel. Vnde dicitur dicitur ad moysen elegit viros: et aduersus principes contra Amaleth: reas ego habo in vertice collis habens heringam dei in manu. Vnde dicitur Josue ut loquitur erat Josue et pinguabat contra Amaleth. Moyses autem et Aaron et qui ascenderunt super verticem collis retrorsum et Moyses manibus iurabat. Fo. V autem paululum vni

nisi duobus his ducibus: Mose & Aaron, Aaron sacris pfectus orationis gerit typum. Moses legis cognitionem significat. Sed ut scientiam oportet non esse mancama, ita orationem non convenit esse ignauiam. Orationis armis pugnat cum hostibus Moyses, sed manibus in altum sublatis. Quas simul atque demiserat: fit inferior israel. Tu fortasse cum oras, hoc modo spectas, quantum psalmo rum pmurmuraris? & multiloquiū orandi virtutem arbitraris. Quod vitium potissimum est eorum, qui adhuc in litera sunt infantes, neque ad spiritus maturitatem adoleuerunt. Sed audi quid apud Matheum nos doceat Christus, Orantes autem inquam nolite multum loqui sicut ethnici faciunt, putant enim quod in multiloquio suo exaudiant. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Et Paulus decem milia verborum in spiritu, hoc est ore tenens, pronuntianda continet, prae quinque in sensu pferendis. Moyses nullam audebat vocem, & tamen audiebat, quid clamas ad me? Non strepitus ille labiorum sed ardens animi votum tanquam intentissima quaequam vox ferit aures diuinas. Tu igitur hoc tibi familiare facias, simul atque ingruerit hostis / vbi te relicta vitia sollicitat, ut statim mentem cum certa fiducia ad caelum erigas, vnde veniet auxilium tibi, sed eodem tollantur & manus. Tutissimum est pietatis officijs occupari, ut opera tua non ad terrena studia, sed ad Christum referantur. Sed ne scientiae subsidia contempnas, illud considera. Antea satis erat israhel hostem effugere, at non prius sibi fidit, ut Amalechiten prouocet ut cominus experiatur, quam esset manna coelesti, & aqua de petra scatente refectus. His epulis confirmatus, egregius ille bellator David, vniuersam hostium cohortem contemnit. Parasti inquam in conspectu meo mensam, aduersus omnes qui tribulant nos. Crede mihi frater animo meo charissime, nulla tam vehemens hostium impressio, id est nulla tam valida tentatio, quam ardens sacrarum literarum studium non facile retundat, nulla tam tristis aduersitas, quam non reddat tolerabilem. Atqui ne videar audaculus interpretes (quancumque possem me magnis authoribus tueri) quid aptius arcanae legis scientiam adumbrare queat, quam manna? principio enim quod non e terra pro-

Exo. 17

Capi. 6

1. ad cor. 14

Ad ro. 14

Exo. 16

et. 17.

Psal. 22

obi, &

thei.

Augor

Orationis typus.

Aaron

Scientiae typus

Moses gerit

Orandi modus

Tetatur ad orationem confugiat.

Scientia diuinae scripturae quam sit necessaria.

Manna

Aqua de petra

Scientia sacrarum scripturarum.

Manna cum theologia participatio.

Manna etiā nō
oib⁹ palatis idē
sapit hoc ē qd'
iuxta Iob mul
tiplex ē sermo
dei, hic pprieta
tē author tāgit
aduersus Co
letū scribens

Manna, i. quid
est hoc

Spe

Aqua scriptu
ram sacram si
gnificat.

Vado

Scatebra

uenit, sed coelitus depluit, discrimē vides, inter humanas & di-
uinas literas: omnis em̄ scriptura sancta, diuinitus est inspirata
atq; a deo authore pfecta. Quod minutū, sermonis est humi-
litas, sub verbis pene sordidis ingentia mysteria claudentis.
Quod cādīdū: Nulla mortaliū doctrina est, quæ nō sit aliquo
nigrore erroris vitiata. Sola Christi doctrina tota niuea, tota
cādīda, tota syncera est. Quod rigidulū est atq; subasperū, my-
steriū litera obiectū exprimit. Superficiē & quasi siliquā si q̄s
attrectet, quid durius atq; insuauius? Non nisi tunicā Manna
gustauerāt, qui dicebāt. Durus est hic sermo, & quis potest eū
audire? Erue sensum spiritale iam nihil suauius, nihil succulen-
tius. Deniq; manna Hebreis sonat, quid est hoc qd' & ipsum
pulchre quadrat in diuinā scripturā, quæ nihil habz ociosum,
sed ne apicem quidē, non dignū vestigatiōe, non dignū admi-
ratione, non dignū hac voce quid est hoc? Aquarū v̄o noīe
scientiā diuinæ legis significare, familiare est spiritui sancto, le-
gis aquas refectionis, super quas se gloriatur educatū Dauid,
legis aquas: quas sapientia deriuat in capita viarū omniū, legis
flumē illud mysticū / in quod ingressus est Ezechiel vado trās-
sire nō poterat, legis puteos quos foderat Abraham, quos terra
oppletos a philisteis denuo restituit Isaac, legis fontes duode-
cim, ad quos pagratis quadraginta mansionib⁹ / iam fatiscētes
inspirāt israhelitæ, legis & in euangelio puteum supra quē itis-
sare fessus assedit Iesus. Legis aquas syloe ad quas idē mittit
cæcum vt visum recipiat. Legis aquam in peluim missam ab-
luendis ap̄lorū pedibus. Et ne singula recenseam, hoc signifi-
catu, frequēs mentio est in arcanis literis: puteorū: fontium flu-
minū, qua nobis nihil aliud, q̄ mysticæ scripturæ diligēs vesti-
gatio cōmendat. Quid em̄ aqua in terræ vānis abdita nisi my-
steriū obductū litera? Quid eadē ad scatebrā elicitā: nisi myste-
rium erutū atq; explanatū? Quod vbi ad auditorū edificatio-
nem, lōge lateq; ppagāt, quid iam phibet flumen appellare?
Ergo si te totū studio scripturarū dedicabis, si in lege domini
meditaberis die ac nocte, non timebis a timore nocturno siue
diurno, sed ad omnem hostium insultum munitus atq; exer-

z. thi. 3.

Io. 6.

Exo. 1.

psal. 22
Ecclesi.

z 4.
Ezechie

47
Gene.

z 6.
Exo. 15.

Io. 4.
Io. 9.

Io. 13

psal. 18.

ad Ti.

citatus eris. Neque equidem usquequaque improbauerim ad hanc mi-
 liciam/velut tyrocinio quodam praeludere in literis poetarum & philo-
 sophorum gentiliu, modo modice ac p[ro]p[ri]etate quis eas attingat,
 & quasi in transcurso arripiat, non autem immoretur, & veluti ad
 scopulos syrenaeos consenescat. Nam ad haec quoque studia vo-
 cat diuus Basilius adolescentulos, quos ad Christianos mores
 instituit, & ad musas reuocat Licentiu suu noster Augustin[us].
 Neque poenitet adamatae captiuae Hieronymu. Laudatur Cy-
 prianus, quod aegyptijs spolijs templu d[omi]ni locupletarit, veru
 nolim te cu gentiliu literis, gentiliu & mores haurire. Alioqui
 p[er] multa reperies & illic ad recte viuendum conducibilia, neque
 aspernandu, qd[em] etiam ethnicus author bene monet, qn[on]quid[em]
 nec Moyses Iethro soceri sui consiliu[m] est aspernatus. Fingunt
 ille litera vegetantq[ue] puerile ingeni[u] atq[ue] ad diuinaru scriptu-
 rarum cognitione[m] mire praeparant, ad quas ilico pedibus mani-
 busq[ue] illotis irrumperere, pene sacrilegij genus est. Hieronym[us]
 eor[um] impudentia[m] taxat, qui modo a secularibus studijs p[er]fecti,
 audent diuinas tractare scripturas, at quato faciunt impuden-
 tius, qui ne gustatis quidem illis, istuc ipsum audent. Sed vti di-
 uina scriptura/non multu[m] habet fructus si in litera persistas he-
 reasq[ue], ita non paru[m] utilis est Homerica Virgilianaq[ue] poesis,
 si memineris eam tota[m] esse allegoricam, Id quod nemo negabit,
 qui modo veterum eruditione[m] vel summis labijs degustarit.
 Obscenos autem poetas, suaserim omnino non attingere, aut
 certe non introspicere penitus, nisi forte noueris descripta ma-
 gis horrere vitia, & contentione turpium, vehemētius amare
 honesta. E philosophis autem Platonicos te sequi malim.
 Propterea, quod quum plerisque sententijs, tum ipso dicendi
 caractere q[ui] proxime ad prophetica[m] euangelicamq[ue] figura[m]
 accedunt. Breuiter omnem ethnicam literaturam delibare p[ro]-
 fuerit, si quid[em] id fiat, vt dixi, & annis idoneis, & modice, tum
 cautim & cum delectu. Deinde cursim & peregrinantis non
 habitantis more: postremo: qd[em] est praecipuum: si omnia ad
 Christum referantur. Sic enim mundis omnia munda sunt, quu[m]
 immundis contra nihil sit mundum, Neque vicio tibi vertetur

Quaten[us] conue-
 niat exerceri in
 literis gentiliu.
 Poetae Theos-
 logi non asper-
 nendi sunt

Quod in con-
 silijs dicitur

Quod in con-
 silijs dicitur

Sensus allegorici

Platonici imi-
 tandi.
 Epilog[us] qualis
 legendi ethnici

Quod in con-
 silijs dicitur

Non enim

Quid sit consperso vivere.

Sacra scriptura non debet a peccatoribus tractari.

Qui potissimum theologo ad bonam mentem conducant.

Neoterici

si Salomonis exemplo sexaginta reginas, octoginta concubinas, & innumerabiles secularis sapientiae puellas domi alas; modo diuina sapientia/præter cæteras sit vnica tua, formosa tua, columba tua. Et israelites amat alienigenam barbaramque formam captus, sed capillis derasis vnguibus præfectis, ex allophila facit israelitidem: Et Ozee fornicariam dicit, verum ex ea liberos tollit non sibi, sed domino Sabaoth, sanctumque prophetæ stuprum, dominicam auget familiam. Hebrei postea quæ Aegyptum relinquerent, aliquam diu consperso vivebant, sed hic cibus temporarius erat, neque ad tantam perfectionem poterat suppetere. Ergo eo mox fastidito, ad manna quantum potest, perperandum celestis sapientiae, quæ te affatim alet animabitque, donec propositi victor puenias ad palmas illas, præmij/nuncque desituri. Sed interim etiam atque etiam memineris, non oportere nisi lotis manibus. i. summa animi puritate tractari diuinas litteras: ne tibi antidotus tuo vicio vertatur in venenum: & manna tibi putrescat, nisi in viscera affectus transieceris, eueniat autem quod illi Ozee qui non veritus est arcæ nuntij, perphanas admoliri manus, & improbum officium subita morte luit. Primum est, ut de eis litteris digna sentias. Oracula mera (ut sunt) esse puta de diuinæ mentis adyto, perfecta. Afflari te numine, affici, rapi, transfigurari ineffabili modo senties, si religiose, si cum veneratione, si humiliter adieris. Videbis sponsi beati delicias, videbis opes ditissimi Salomonis, videbis abditos thesauros æternæ sapientiae/sed caue improbe irrumpas in conclauem, humile est ostium, vide ne capite impingas ac resilias. Sic porro existima, nihil tam verum esse, eorum quæ vides oculis, quæ manibus contrectas: quæ quæ ibi legis. Ut coelum, ut terra intereant, certe de verbis diuinis ne vnum quidem Iota aut apiculus interiturus est, quin omnia fiant: Ut mentiantur/ut errent homines, veritas dei, neque fallit, neque fallitur. Ex interpretibus diuinæ scripturæ eos potissimum delige: qui a littera quam maxime recedunt. Cuiusmodi sunt imprimis post Paulum Origenes: Ambrosius: Hieronymus: Augustinus. Video enim neotericos Theologos litteræ nimium libenter inhærere: & captiosis quibusdam argutijs magis, quam peruendis mystes

Can. 6.

Deutro

21

Osee. 1.

Exo. 12

Exo. 16

2 reg. 6

Mat. 5.

ad R. 7. ifra. 2

1. cor. Ro. 1

Io. 6. 2. ad rin. 3. ad R. 8. Io. 4.

ad Ro. 7. ifra. 26
 rijs operā dare: quasi vero nō vere dixerit Paulus/legē nrām
 spiritalē esse. Audiui nōnullos; q̄ sibi vsq; adeo hūanis illis cō-
 mentaciūculis placebāt; vt veterū interptamēta pene p̄ som-
 nijs cōtēnerēt: tantūq; illis fiducia Scotus faciebat; vt ne lectis
 quidē vnq; sacris lris: se tñ absolutos theologos putarēt. Qui
 etiā si argutissima dicāt: an spūsancto digna dixerint aliorū esto
 iudiciū: Tu si mauis spū esse vegetior: q̄ ad cōtentionē instru-
 ctior: si saginā anime queris: magis q̄ ingenij pruritū, veteres
 potissimū euolue, quorū & pietas spectatior: & eruditio vbe-
 rior: antiquiorq; & oratio/neq; iciunia/neq; sordida: & iter-
 ptatio sacris mysterijs accōmodatior. Neq; vero hoc dixerim
 qd' neotericos contemnā: sed qd' vtiliora p̄feram: tuoq; p̄po-
 sito cōducibiliōra. Habet autē spūs ille diuinus suā quandā līn-
 guā: suaq; figuras: que tibi sunt in primis diligēti obseruatōe
 cognoscendē. Balbutit nobis diuina sapientia: & veluti mater
 quap̄iā officiosa ad nostrā infantia voces accōmodat. Lac por-
 rigit infantulis in Christo: holus infirmis: tu v̄o festina adoles-
 scere & ad solidū p̄pera cibū. Demittit illa sese ad tuā humilis-
 tatē: at tu cōtra ad illius sublimitatē assurge. **Monstri simile est:**
 semp̄ infantē esse: nimis ignauū: non desinere infirmū. Magis
 sapiet magis pascet: vnus versiculi meditatio: si rupta siliqua
 medullam erueris, q̄ vnūuersum psalteriū ad literā tantū decā-
 tatū. Quod quidē ego hoc diligētius admoneo: quod re ipsa
 cognitū habeā: errorē hunc non vulgi modo animos passim
 occupasse: sed & eorū qui vestitu & nomine p̄fectā religionē
 p̄tinent: vt putent summā pietatē hac vna in re sitā: si q̄ pluri-
 mū psalmoz vix etiā ad literā intellectorū quotidie p̄censeāt,
 neq; aliud in causa esse iudico: monasticā pietatē sic vbiq; fri-
 gere: languere: euanescere: q̄ quod in litera cōsenescunt: neq;
 ad spiritalē scripturarū cognitionem elaborant. Neq; audiunt
 Christum in euangelio clamantē. Caro non p̄dest quicq; spi-
 ritus est: qui viuificat: non Paulum magistro astruentē: litera
 occidit: spiritus est qui viuificat. Et scimus quoniam lex spiri-
 talis: non carnalis. Et spiritalibus spiritalia comparanda. Olim
 in monte: nunc in spiritu vult adorari pater spirituū. Quanc̄q;
 C

Theologi ve-
 teres neoteric)
 p̄ferendi.



Holus

Orādi abusus.

Monachi aufant

Religionis in-
 clinatio vnde p̄
 uenit.

ad Ro.

7.

ifra. 26

1. cori. 3

Ro. 14.

Io. 6.

2. ad co

rin. 3.

ad Ro.

8.

Io. 4.

Orantes & nō
intelligentes

Origenica fili-
tudo

Epilogus de le-
gendis gētiliū
libris.

Enca

Pallas

Panoplia græ-
ce latine dī Ar-
matura.

haud asperror eorū imbecillitatē, qui mētis inopia (quod vnū
possunt) faciūt, mysticos psalmos simplici puraq; fide p̄nū-
ciantes. Imo quēadmodū in p̄caminib⁹ magicis voces quaedā
ne ab ijs quidē qui eas p̄nūciant intellectā, efficaces tamē esse
credunt, ita diuina verba, quanq; parū cognita, tamē p̄desse
credendū est ijs/a quibus syncera fide puroq; affectu vel dis-
cunt, vel audiunt. Angelosq; qui adsunt atq; intelligunt, ad
opem ferendā inuitari. Neq; vero Paulus cōtemnit eos q; spū
psallunt, vel qui linguis loquunt, sed ad sectanda charismata
meliora hortat. Ad quā si cui nō cōtigit enī, vicio nō animi
sed naturā, certe non obstrepat ijs, qui potiora conantur. Et
iuxta Pauli vocē/qui manducat, nō manducantē nō spernat,
& qui nō manducat, manducantē nō iudicet. Te vero qui in-
genio tam foelici p̄ditus es, omnino nolo in sterili l̄ra lentum
esse, sed ad recōditiora mysteria festinare, & in p̄bū conatum
industriā, crebris precibus adiuuare, donec aperiat tibi librū
septē signaculis obliq;atū, is qui habet clauē Dauid, q; clau-
dit, & nemo aperit, arcana patris, quā nemo nouit nisi filius,
& cui voluerit filius reuelare. Sed quo nam nostra delabitur
oratio? Propositū erat, vt tibi vitā nō studiij formā p̄scribere-
mus. Verū huc defluxim⁹, dum tibi conamur officinā idoneā
cōmonstrare, vnde debeas/nouā militiā tuā noua arma pes-
tere. Ergo vt ad institutum reuertamur, si ex libris gentiliū
optima quāq; decerpseris, atq; apiculā exemplo p̄ oēs veterē
hortulos circūuolitans, prateritis venenis/succū modo salus-
tarē ac generosum exluxeris, animū tuū/ad cōmunē quidem
vitā, quā Eticā vocant, reddideris nō Paulo armatorē. Sūt
enim p̄fecto & illorū Palladi sua quaedā arma neutiq; contē-
nenda Christi autē esse puta, q̄cquid vsq; veri offenderis Vere
diuina illa & (vt poete loquunt) Vulcania panoplia, nllō telō
violabilis, non nisi ex arcanarū literarū armamētario depro-
mitur. In quo Dauid noster imperator, vniuersum belli appa-
ratū suis militib⁹ reposuit, quibus cominus æminisq; pugnēt
cū præpuciatis Philisteis. His armis neq; Achilles Homeric⁹
tectus erat, & si fingit, neq; Aeneas Virgilianus, quorū alter

I. ad cor
rin. 13.

ad Ro.
14

Apoc. 3
Apoc. 5
Mat. 11.

I. Re
17

I. ad c
rin. 14

Mat.
Sapie

Esa. 5

2. ad
rin. 10

adeph
6.

ad ro.

ira, alter amore, tam turpiter vincebat. Neq; absurde dictum, qd' ea nō in humanis officinis excudunt, sed in ea q̄ Vulcano est cū Minerua cōmunis. Nā Mineruā artibus atq; ingenijs Vulcanū igni p̄ficiūt deorū figuli poetę. Id qd' ego tū demū vere fieri existimo, quū videlicet honestis artib⁹ excultū ingeniū, sic diuini amoris ignis cōmunit, vt etiā si fractus illabatur orbis: impaudū feriāt ruinae Sed añ superbi Saulis arma reijcias oportet, quæ magis oneri sunt q̄ vsui, & cū Goliad congressurū David/grauiāt nō iuuāt Deinde de ripa torrētis mysticæ scripturæ, qnq; colligas lapillulos (quæ forte quinq; sūt v̄ba Pauli, q̄ loquit in sensu) postremo fundibula dextrā armes. His demū armis p̄sternit vnicus ille n̄ hostis supbiæ p̄ Sathanas. Quē & caput nostrū Christus iesus, quō tandē deuicit: Nōne quū tētanti diuinæ scripturæ v̄bis respōdet, quasi petitis de torrēte lapillis frontē inimici p̄cussit: Vis aut̄ audire Christianæ Palladis arma? Et accipiet (inquit) armaturā zelus illius, & armabit creaturā ad vltionē inimicorū. Induet p̄ thorace iustitiā, & accipiet p̄ galea iudiciū certū: Sumet scutū inexpugnabile æquitatē, acuet aut̄ diram irā in lanceā. Legis & apud Esaiā: Indutus est iustitia vt lorica: & galea salutis in capite eius. Indut⁹ est vestimētis vltiōis, & opert⁹ est quasi palilio zeli. Iam si libet Pauli nō instrēnui ducis adire promptariū nimirū inuenies & illic arma nostræ militiæ nō carnalia, s; potētia deo, ad destructionē munitionū, cogitatiōes destruētēs, & oēm altitudinē extollentē se aduersus scientiā dei. Inuenies armaturā dei, q̄ possis resistere i die malo: inuenies arma iusticie a dextris & a sinistris, iuenies laterē munimētū v̄itatē, & lorica iustitiæ, scutū fidei, in q̄ possis vniuersa maligni tela ignea extiguere. Inuenies & galeā salutis & gladiū spūs, qd' est v̄bū dei. Quib⁹ oībus si quis erit diligētē tectus atq; munitus, is deinde poterit animosam illā Pauli vocē intrepidus emittere. Quis ergo nos sepabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an p̄secutio, an gladius: vide quātos hostes/q̄ oībus formidatos, ipse p̄ nihilo ducat. Sed audi quiddā etiā forius. Nā sequit̄. S; in his oībus

C ij

Poetę deorū
figuli

Arma. Saulis.

Davidis cōtra
Goliath preliū
mysticum

Quinq; lapilli.

Pallas

Armaturę di
uine enumera
tioI. Regū
17I. ad cor
tin. 14.Mat. 4.
Sapiē. 5

Esa. 59

2. ad cor
tin. 10.adephe,
6.

ad ro. 8.

superam⁹; ppter eū qui dilexit nos. Cert⁹ sum em̄: quia neq; mors; neq; vita; neq; angeli; neq; principat⁹; neq; virtutes; neq; instantia; neq; fortitudo neq; altitudo; neq; pfundū; neq; creatura alia; poterit nos separare a charitate dei; q̄ est in Christo Iesu. O foelicē fiduciā; quā p̄stāt Paulo. i. pusillo homini arma lucis; qui se etiā p̄iectamentū huius mūdi appellat. Talis igit̄ armaturæ vim, sacræ literæ tibi suppeditabūt, si toto pectore in eis versaberis; ita vt nr̄is monitis nihil sit opus futurū. Sed quoniā tu ita vis; ne tibi non morigeri fuisse videamur; enchi ridion hoc est pugiunculū modo quendā excudimus: quem nuncq; de manu deponas; ne in cōuiuio quidē, aut in cubiculo vt etiā si qn̄ cogaris in hui⁹ mūdi negotijs peregrinari, iustāq; istā armaturā grauaber̄ circūferre; nō cōmittas tñ; vt vllō momento insidiator ille opprimat te prorsus exarmatū; saltēq; nō pigeat hūc gladiolū tecū habere; q̄ neq; onerosus erit gestatu; neq; inutilis ad tutelā. Est em̄ p̄puitillus; quo tñ si adhibita fidei parmula, scite vter̄; facile sustinebis tumultuariū hostis assultū ne qd̄ lethale vulnus accipias. Sed iam tempus est; vt vtēdi rationē quandā experiamur tradere; quā si tu diligēter ad exercitationē accōmodabis, fore confido; vt te victorē impator nr̄ Christus ex hoc p̄sidio in suā ciuitatē Hierusalem transferat ouantē; vbi nullus omnino belli tumultus; sed pax imortalis; ac p̄fecta trāquillitas; quū interim oīs spes salutis ī ferro sita sit.

I. ad cor
rin. 4

Suppeditare

**Parma scutū ē
peditū hic par-
mula diminu-
tiuum.**

**Pacis cōmen-
datio,**

**Stultitia col-
luies viciorū.
a christiāis ma-
licia dicit̄**

psu

¶ **Caput esse sapientiæ; vt temetipsum noris;**
deq; duplici sapientia falsa & vera.

¶ Pax igit̄ summū illud est bonū; ad quā oīa sua studia/mūdi quoq; amatores referūt; sed falsam/vt dictū est. Eandē & philosophi suorū dogmatū sectatorib⁹ falso pollicebant̄. Christ⁹ enim vnus eam donat; quā mundus nō pōt dare. Ad hanc p̄ueniēdi vna ratio est; si cū nobis ipsis bellū geram⁹, si cū vicijs nostris acriter depugnemus. Cum his enim hostibus implacabili odio dissidet de⁹ pax nostra; quū natura sit virtus p̄sai; virtutūq; oīm parēs & author. Atq; ex oīm viciorū genere contracta colluies; a Stoicis fortissimis assertorib⁹ virtutis; Stultitia vocat̄; in nostris literis malicia dicit̄. Itidē vt omnibus suis

Io. 14.

Sapiē 7 numeris absoluta pbitas/vtrifq; sapientia noiat. Malitiā autē
 nōne iuxta sapiētis oraculū vincit sapiētia. Maliciā pater atq;
 princeps est rector ille tenebrarū Belial, cuius ductū quisquis
 sequit, in nocte ambulans ad noctē pperat aternā. Cōtra sas
 piētiae author, atq; ipsa adeo sapiētia Christus Iesus, qui verū
 est lumē, stultitiā mūdānā noctē solus discutiēs, splēdor pas
 ternā gloriā, q; nobis in se renatis/vti factus est redēptio atq;
 iustificatio, teste Paulo, ita factus est & sapiētia, Nos inquit p
 dicamus Christū crucifixū, Iudeis quidē scādālū, gētibus autē
 ac dei sapiētiā. Per quā ipsius exēplo, nos quoq; de hoste ma
 liciā, triumphū referre queam⁹, si modo in eo sapuerimus in
 quo & vincem⁹. Hāc tu cōtempta sēculi sapiētia amplectere,
 quā mēdacillimo titulo sese vendicat stultis, quū iuxta Paulū
 nulla verior sit stultitia apud deū, q̄; terrena sapiētia, dediscēda
 ei q; vere cupiat sapere. Si quis videt inquit inter vos sapiens
 esse in hoc sēculo, stultus fiat, vt sit sapiēs. Sapiētia em̄ huius
 mūdi stultitia est apud deū. Et paulo superius, Scriptū est em̄,
 perdā sapiētiā sapiētiū, & prudentiā prudentiū reprobabo.
 Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius sēculi? Nonne
 stultā fecit deus sapiētiā huius mundi? Nec dubito quin iam
 nūc odiose tibi obltrepāt, stulti isti sapiētes, & cæci cæcorū dus
 ces, delirare te: desipere: insanire: clamitātes: quod ad Christū
 pares desciscere. Hīj sunt noīe dūtaxat Christiani, cæterz do
 ctrine Christi, tum irrisores, tum oppugnatores. Vide ne qd
 istorū blateramēta te pmoueāt, quorū miseranda cæcitas, des
 ploranda potius, q̄; imitanda. Quod est em̄ istud preposterū
 sapientie gen⁹, in reb⁹ nugatorijs nihilq; imo ad turpitudinē
 tantū esse catū & callidū, in ijs vero, quæ sola ad salutē nostrā
 pertinent, non ita multo plus pecude sapere? Paulus vult nos
 esse sapientes, sed in bono, simplices autē in malo. Sapiunt isti
 vt inique agant, bene autē facere nesciunt. Et quū facundus ille
 poeta Græcus: ad nihil vtilem hominē censeat, qui neq; ipse p
 se sapiat, neq; bene monenti obtemperet, qua tandem in classe
 ponent isti, qui quū turpissime desipiant, tamē non desinunt

C iij

Al. Belial.

Suf. ratio

Sapiētia huius
mūdi stulta.


desipere

blatero

ratio

1. ad cor
tin. 1.1. ad cor
3.1. ad cor
tin. 1.Ad ro
91.
Hesio
dus.

obturbare, ridere, deterrere eos qui iam resipuerunt. Verum
irrisor nōne irridebit? Qui habitat in caelis, vicissim irridebit
eos, & dñs subsannabit eos. Legis in libro sapientia. Videbunt
em̄; & cōtemnent eum, illos autē deus irridebit. Ab improbis
rideri pene laudari est, certe gloriosus capitis nostri, & ap̄lor̄
æmulos fieri. At horrendū p̄fecto a deo irrideri. Ego quoq;
inquit sapientia/in interitu vestro ridebo, & subsannabo quū
vobis id quod timebatis aduenerit, videlicet, quum sero iam
experrecti dicent. Hī sunt quos aliquā habuimus in derisum,
& in similitudinē improperij. Nos insensati vitā illor̄ æstina-
bamus insaniā, & finē sine honore. Animalis ista, & vt Jacob⁹
ait, diabolica est sapiētia, ac deo inimica, cuius finis interitus,
quippe quā semp affectat pedissequa pestilens arrogātia, arro-
gantiā em̄ cæcitas, cæcitatē affectuū tyrānis, affectuū tyrānidē
vniuersa vicior̄ seges, & licentia quiduis peccādi. Licentiam


Sapiētia' mūdi
huius vniuersi
mali mater est.
Sapiētia chris-
ti cū mūdāna
differentia.

Quam

Sapiētia christi
vnde cōparet.

istam sequit̄ p̄suetudo, cōsuetudinē infortunatissimus animi stus-
por, quo fit, vt & mali sensu careant. Stupētes mors occupat
corpis, quā mors excipit secūda. Vides vt summi mali mater
est mūdi sapiētia. De Christi x̄o sapientia, quā mūdus stultitiā
putat, ita legis. Venerūt autē mihi pariter omnia bona cum illa,
& innumerabilis honestas p̄ man⁹ illius, & letatus sum in om-
nib⁹, quoniā antecedebat me ista sapiētia, & ignorabā, quoniā
bonorū omniū mater est. Hæc em̄ modestiā/ & māsuētudinē
comitem ducit. Mansuetudo nos diuini sp̄s reddit capaces.
Sup humilem em̄ & mansuetū, gaudet requiescere, qui simul
atq; septeno illo chrismate mentē nostrā imbuerit, tum demū
pullulascit foelix illa seges virtutū omniū, cū fructibus illis bea-
tis, quorū præcipuus/ gaudiū internū, gaudiū arcanū, gaudiū
solis ijs cognitū, quibus cōtigit, quod deniq; cū mūdi gaudijs
nec euanescit, nec auferit, sed cumulat in gaudiū æternū. Eam
mi frater, & iuxta Iacobi monita, ardentissimis votis oportet
a deo postulare, & iuxta sapientē quendā; e diuinæ scripturæ
vānis veluti thesauros effodere. Caput autē huius sapientia,
esse puta, vt temetipsum noris, quod verbi, e caelo p̄fectum
credidit antiquitas, & magnis authoribus vsq; adeo placuit,

P̄s. 2
Sapiē. 4

Prover
bior̄. 10

Sapiē 5
Iacobi 3

Sapiē. 7

Iudit. 9

Iacobi. 1

Prover
bior̄ 2

Can. 1.

vt in eo oēm sapiētię vim, summam contineri iudicauerint. Sed leue pondus huius dogmatis/ apud nos sit, nisi congruit cum literis nostris. Minatur sponsę suę mysticus ille amator in Canticis, ac foras abire iubet, nisi semet cognorit. Si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorū. Proinde ne quiuis sibi temere rem tantā arroget, vt ipsi sibi satis sit cognitus. Corpus suum haud scio/ an quisq; plenum norit, & mentis habitum cognoscat quilibet? Paulus, cui contigerat/ vel tertij coeli mysteria discere, semetipsum tñ nō audet iudicare, ausurus vtiq; si sibi sat esset notus. Si homo tam spiritalis, qui omnia diiudicat, iudicāndus a nemine, sibi adhuc parum perspicuus erat, nos carnales quid confidimus? Porro miles nimis inutilis videatur, cui neq; suę copię, neq; hostium cohortes satis habeantur cognitę. At homini nō cū homine, verum secum ipsi bellum est, atq; adeo ex ipsis visceribus hostilis acies nobis vltro suppullulat, quę admodum deterrigenis fratribus poetę fabulant. Vsq; adeo aut tenui discrimine/ ab hoste distat amicus, vt ingens periculū sit, ne parum cauti, v' inimicū p amico tueamur, vel amicū p hoste ledam? Heret etiā in angelo lucis: dux ille egregius. Noster es inquiēs an aduersariorū? Ergo quoniā tecū ipse bellū suscepisti: & in hoc prima victorię spes sita est: si tute tibi sis q; maxime cognitus, simulachrū quoddā tui tibi velut in tabula pponā, vt quid intus: quid in cute sis: plane pernoscas.

De homine exteriorē & interiorē.

Est igitur homo prodigiosum quoddā aīal, ex duabus: tribusue partibus multo diuersissimis cōpactū: ex anima/ veluti numine quodam: & corpore, tanq; muta pecude. Si quidē corpore vsq; adeo reliquo brutorū generi nō præstamus: vt omnibus eius dotibus inueniamur inferiores: Scđm animā v' o: adeo diuinitatis sumus capaces: vt ipsas etiā angelicas mentes liceat præteruolare: & vnū cū deo fieri. Si tibi corpus additū nō fuisset: numē eras: si mens ista nō fuisset indita, pecus eras. Has duas naturas tam inter se diuersas: summus ille opifex foelici cōcordia colligarat: at serpēs pa

C iij

Hominis diffi
nitio



eis inimicus, in foelici rursus discordia dissecuit, ut iam neque dis-
 rimi queat, sine maximo cruciatu: neque coniunctim vivere, sine
 assiduo bello, planeque (quod dici solet) utrumque in altero auribus
 lupum tenet: possetque mutuo competere, versiculus ille lepidissi-
 mus: nec tecum possuui vivere: nec sine te. A deo proplexa sedi-
 tione inter sese tumultuant, veluti diversa, quae unum sunt. Corpore
 enim ut est ipsum visibile, rebus visibilibus delectatur, ut est mor-
 tale, temporalia sequitur, ut est graue, deorsum sidit. Contra anima
 generis aetherei memor, summa vi sursum mittitur, & cum ter-
 restri mole luctatur, contemnit ea quae videntur, scit enim esse caduca
 quae vere, quae semper sunt. Immortalis amat immortalia,
 coelestis coelestia, similis similibus capitur: nisi penitus fuerit
 corporis immersa sordibus, atque a nativa generositate eius con-
 tagio degenerarit. Neque vero hanc discordiam, vel fabulosus
 ille Prometheus in seuit: admixta menti nostrae, de quoque ani-
 mae particula, neque primitiu a conditio indidit: sed peccatum quod
 bene conditum erat, male deprauauit: inter bene concordantes, dissen-
 sionis virus serens. Antea enim & mens corpori sine negotio
 imperabat, & corpus animo lubens volensque parebat, nunc contra
 perturbato rerum ordine: affectus corporis rationi praerire certant, cogi-
 turque illa in corporis sententiam, pedibus discedere. Quare non
 absurde peccatus hominis, cum seditiosa quapiam res componas licebit:
 quam quoniam ex varijs hominum generibus constat, propter dissensionem
 studiorum, oportet crebris motibus, & factionibus collidi, nisi penes
 unum sit imperij summa: isque sit eiusmodi, ut nihil imperet, nisi
 reip. salutaria. Quare necesse est, ut plus in ea valeat, qui plus
 sapit, pareat, qui minus. Nihil est autem infima plebe vecordius:
 eoque magistratibus obtemperare debet: nullum ipsa gerere magis-
 tratum. Qui vero optimates sunt, aut natu maiores: audiendi sunt
 illi quidem in consultationibus, at ita si statuendi arbitrium penes unum
 maneat regem: quem admoneri quidem oportet nonnunquam,
 cogi vero aut praeriri non conuenit. Porro rex ipse nulli pa-
 ret, nisi legi: lex respondet honestatis Ideae. Quod si pro-
 pter vicibus vulgus indomitum, & fex illa ciuitatis tumultuo-
 sa, natu maioribus praerire contendit: aut si primates Regis

Prometheus homo
 minime de terra fin-
 xit cui de om-
 nibus animalibus
 particulam addidit

Carnis rebel-
lio unquam orta sit
Respublica quae
liter restitui de-
bet.

Idem

imperium negligunt; cooritur in Repu. nostra periculosa seditio,
 & nisi diuina dictatura succurrat; ad extrema perniciem res omnis spectat. In homine vero ratio regis vice fungitur. Optimates accipias licet: affectus quosdam, corporeos quidem illos; sed tamen non perinde brutos: quod genus sunt; genuina pietas erga parentes; charitas in fratres; beneuolentia in amicos; misericordia in afflictos. Metus infamiae, Cupido honestae opinionis; & si quae sunt consimilia. Eos porro motus animorum: quia rationis decretis quam maxime dissident, suntque infime ad pecorum humilitatem abiecti: plebis quasi ultimam fecem esse puta. cuiusmodi sunt libido; luxus; inuidentia; hisque consimiles animi morbi: qui ad unum omnes, veluti serui sordidi, & improbi ergastulis sunt coercendi: ut si queant, pensum operaque a domino prescripta, praestent. Sin minus, nihil certe damni dent. Quae omnia Plato diuinitus intelligens: scripsit in Timaeo filios deorum, ad sui similitudinem, duplex anime genus in homine fabricatos fuisse, alterum diuinum & immortale; alterum quasi mortale, & varijs perturbationibus obnoxium: quarum prima sit voluptas; esca malorum (ut ait), proxima dolor, fuga, impedimentumque bonorum. Deinde metus atque audacia, consultores amantes. Quibus accidit & implacabilis iracundia. Praeterea spes blanda: cum irrationabili sensu; amoreque omnium inuasore. Haec enim ferme verba Platonis. Nec ignorauit, in hominum perturbationibus coercendis, uitae beatitudinem consistere. Scribit enim eodem in opere: eos qui ista superassent, iuste victuros; iniuste autem, qui ab his victi fuissent. Et diuinam quidem animam, id est rationi, tantum regi in cerebro, velut in arce ciuitatis nostrae, sedem statuit; corporis videlicet parte editissima, caeloque proxima: tamen minime bruta: quippe quae & osse sit tenui; neque neruis; neque carne onerata, sed sensibus intus forisque longe munitissima ut illis quasi renunciantibus, nihil tumultus in Repu. cooriret: quod non pertinens ille presens tisceret. At mortalis anime partes, id est affectus, ut quae rationi vel mortifera est: vel obstrepeta: ita ab ea semouit. Nam inter ceruicem & diaphragma, partem animae constituit, fortitudinis atque irae participem; affectum videlicet, seditiosum quidem illum, & cohibendum: at non perinde brutum; eoque mediocri interuallo, a summis imisque

**Reipu. cum homine
comparatio**

Ergastulum

**Duplex anima
iuxta Platonem.**

**Ratio
Ira.
Concupiscentia**

editissima

presens

obstrepeta

Diaphragma

semouit, ne vel nimia vicinitate regis ociū pturbet, vel infime
plebis cōtagio corrupta simul, in eū cōiuret. Vim porro cōcu-
piscibile, quę esculenta, & poculēta appetit: quaq; in Venerē
impellimur: porro infra p̄cordia p̄cul a regia/in iecur & aliu
relegauit, vt quasi ferū quoddā, & indomitū anīal, illuc ad p̄re-
sepe habitaret, p̄pterea quod ea violētissimos excitare motus
cōsueuit, minimeq; p̄sēdis imperijs, audiēs esse. Huius infi-
ma pars, q̄ pecorina sit, q̄q; rebellis, vel illa pudēda corporis
portio, in qua potissimū tyrannidē obtinet, documēto potest
esse, quæ mēbris ex omnibus vna/frustra reclamāte rege, ob-
scānis motib⁹, subinde rebellioez parat. Vides nimirū vt hac,
supne diuinū aīal homo, plene in pecudē desinat. At cōsultor
ille diuinus, sublimi in arce p̄sēdens memor, originis sue, nihil
sordidū, nihil humile cogitat. Sceptro aut̄ insignis eburno, p̄-
pterea quod nihil nō rectū imperet, in cuius fastigio aquilam
insidere scripsit Homerus, qd̄ ad celestia subuolās, quæ humi
sunt, aquilinis oculis despicit. Postremo aurea redimitus cor-
ona, Aurū em̄ in mysticis literis sapiētiā fere significat, circu-
lus aut̄ p̄fectā, & oībus nūeris absolutā. Hæ sunt em̄ propriæ
regū dotes. Primū, vt q̄ plurimū sapiāt, ne quid peccent p̄ er-
rorē, tum vti quæ recta sunt, ea modo velint, ne quid contra
animi iudiciū p̄perā corrupteq; faciāt. Quarū altera q̄ careat,
eum non regē, sed latronem existimato.

¶ De varietate affectuum.

Noster aut̄ rex p̄pter æternā legē, sibi diuinitus insculptā, op-
primi quidē pōt, corrūpi nō pōt quin reclamet, quin reuocet.
Cui si reliq; plebs parebit, nihil ille vnq; neq; penitendū, neq;
p̄niciosum cōmittet, sed summa moderatiōe, summaq; trans-
quillitate gerent̄ vniuersa. Ac de affectib⁹ quidē Stoici, peris-
pateticq; nō nihil diuersa sentiunt, quanq; illud cōuenit inter
oēs, ratiōe viuendū nō affectu. Sed illis placet, vbi affectibus,
qui a sensib⁹ p̄xime excitant̄, tāq; pedagogis / vsus ad iudiciū
verūq; discrimē expetēdorū, fugiēdorūq; pueneris, tum eos
prorsus esse relinquēdos. Iam nisi nō solū vtilis nō esse/ad sa-
piētiā, verū etiā perniciosos. Atq; ob id p̄fectū illū sapiēte

Sensus & affe-
ctus pedagogi
ad virtutem.

Pedagogus

suū oībus hui⁹ mōi motibus, tāq̄ morbis animi, vacare volūt vixq̄ humaniores quidā primos illos impetus, rationē puer- tentes, sapiēti cōcedūt, quas illi phantasias appellāt. At peripateticī nō extirpādos affectus, sed coercēdos docēt. Esse enim nōnullū eorū vsum, p̄pterea quod hos a natura additos opis nent, vtī quaedā ad v̄tutē incitabula, atq̄ exhortamenta, sicuti fortitudinis irā, industriā inuidiā, & item de reliquis. Socrates aut̄ in Phedone Platonis, quum nihil aliud putat esse philosophiā, q̄ mortis meditationē, hoc est, vt anim⁹ quantū pōt, abducatur a reb⁹ corporeis & sensibilib⁹, transferat ad ea quae rōne nō sensib⁹ p̄cipiant, cū Stoic⁹ nimirū sentire videēt. Oportet igit̄ primū oēs animi cognitos habere motus, deinde scire nullos esse tam violētos, quin a rōne, vel cōpesci, vel ad v̄tutē deflecti queant. Audio em̄ vulgo hanc pestiferā opinionē, vt se dicāt ad vicia cogi. Alij cōtra imperiti sui, motus huiusmōi, p̄ ratiōis dictamine sequunt̄, atq̄ adeo, quod suasit ira, aut inuidiā, id zelū dei vocant. Atq̄ vt est alia resp., alia fastidiosior, ita alius alio ad v̄tutē p̄pensior, quae differentia, non ex animi morū discrimine, sed v̄lex influxu coelestiuū corporū, v̄l p̄genitoribus, vel ex educatiōe, vel ex ipso corporis habitu p̄ficiunt. Nō anilis est illa Socratis fabula, de aurigis & equis, bonis ac malis. Videas enim nōnullos, ita moderato ingenio natos, ita tractabiles ac faciles, vt sine v̄llo negotio ad v̄tutē instituant̄ ac sine calcaribus v̄ltro p̄currāt. Alijs contra corpus rebelle, tanq̄ equū indomitū, & scalcitrosū p̄tigisse, vt multū sudās domitor ille, vix tamē asperrimo freno, vix fuste calcaribusq̄ subigat ferocientē. Qualis si tibi forte obtigit, ne p̄tin⁹ abijcias animū, imo tanto acrius enitere, sic existimans, non tibi interclusam ad v̄tutem viam, sed v̄beriorē virtutis materiā oblatā esse. Quod si bonā mentē nactus es, non hoc p̄tinus alio melior es, sed foelicior, at rursum ita foelicior, vt obligatior. Quāq̄ quis est ingenio vsq̄ adeo foelici, vt nō abunde multa sint, in quibus luctari oporteat. Ergo q̄maxime turbari sentiet, hac q̄maxime aduigilet rex oportet. Sunt vicia quaedam pene gentilia, quemadmodum gentibus nonnullis perfidiam

Peripateticorū
ac stoicorū dif-
ferentia

In tabula

Philosophia
quō mortis me-
ditatio

Animi omnis
motus ratione
compesci pōt.

Fabulam hanc
reperies ī Phe-
dro Platōis cir-
ca finem.

Animā bonā
siue malā sorti-
tus qualē se ha-
bere debet.

Variae species
vicioꝝ tanq̄
naturalium

Philosophia
liber...



aiūt esse familiarē: alijs luxum: alijs libidinē. Quaedā corporis habitū comitant: sicut sanguineos mulierositas: & voluptatū amor. Colericū ira: ferocitas: maledicentia, Phlegmaticū inertia: somnolentia, Melancholicū: inuidia: tristitia: amaritudo. Nonnulla cū etate, aut remittunt: aut inualescunt: quēadmodū libido in iuuetā: item p̄fusio temeritas: in senecta tenacitas morositas: auaritia. Sunt & quę sexui vidcant adnata, vt in viro ferocitas: in muliere vanitas & vindicte cupido. Fit interim vt natura veluti paria faciens: morbū animi dote quapiam diuersa cōpenset. Est hic quidē p̄pensior ad voluptatē: sed neutiq; iracūndus neutiq; inuidus. Est alius incorrupta pudicitia, sed elatior: sed iracūndior: sed attentior ad rem. Neq; desunt / q̄ p̄digiosis quibusdā ac fatalibus vicijs sollicitent, furto, sacrilegio: homicidio: quibus quidē omni conatur obuiā est eundū. cōtraq; eorū insultū, certi p̄positi, murus quidā aheneus obijciēdus. Ediuerso sunt nonnulli affectus: ita vicini virtutib⁹ vt periculū sit, ne ambiguo discrimine fallamur. Erūt hij corrigēdi: & ad p̄ximā v̄tutē cōmode deflectēdi. Exēpli grā / est q̄s piā excādescētior: iniiciat aīo frenū: & erit alacrior, erit erect⁹: mīmeq; lāguid⁹. Erit liber ac simplex. Est ali⁹ paulo tenacior: adhibeat rationē: & fuerit frugalis. Qui blādior est: fiet comis & cōmodus. Qui p̄fract⁹: cōstās. Qui tristior est: seuer⁹. Qui ineptior: moriger⁹. atq; ad eundē modū de reliqs animi leuiorib⁹ morbis. Hoc mō cauendū: ne naturæ viciū, v̄tutis noīe palliem⁹: tristitiā grauitatē: asperitatē seueritatē: inuidiā zelū: sordes frugalitatē: assentationē comitatē: scurrilitatē vrbانيتatem appellātes. Hęc igit̄ est vna ad beatitudinē via: primū, vt tenoris. Deinde, vt ne quid p̄ affectib⁹, sed oīa p̄ iudicio rōnis agas. Sana sit aut̄ & sapiat ratio, hoc est tm̄ honesta spectet. At difficile est (inges) quod præcipis. Quis negat? Atq; verū est illud apud Platonē adagiū, quæ pulchra sūt: eadē esse difficilia Nihil forti⁹: q̄ vt q̄s seipm vincat, s; nullū mai⁹ præmiū: q̄ bt̄tudo. Præclare illud Hieronym⁹ vt cætera oīa. Nihil Christiano foelici⁹: cui p̄mittit̄ regnū cœlorū. Nihil laboriosi⁹ qui q̄tidie de vita periclitat̄ Nihil forti⁹: q̄ vincit diabolū. Nihil im

Naturæ circa aīos solers cōpensatio

fatum

De deflectēdis ad v̄tutē vicijs leuioribus.

Comandefio

frugalis

comis

morigerus

Sapiētiae grad⁹

Via vera ad beatitudinē seipsum nosse.

Christiāo vt nihil fortius ita nihil imbecilli⁹


Math 10.

Ad Gal. 5.



becillio q̄ a carne sup̄at. Si tuas pp̄deris vires, nihil difficili⁹, q̄
 carnē subigere sp̄ū, si deū auxiliatorē respexer], nihil facili⁹.
 Tu mō ingēti aīo, p̄fectæ vitæ p̄positū ꝑcipe, cōceptū vrge.
 Nihil vnq̄ vehemēter ip̄auit sibi hūan⁹ anim⁹, qd' nō effecerit
 Magna pars Christianismi est, toto pectore velle fieri Chris-
 tianū, Qd' aditu videbit̄ iexp̄gunabile, id fiet successu molli⁹
 vsu facile, cōsuetudine demū etiā iucundū. Scitū est illud He-
 siodū, arduā initio esse v̄tutis viā, verū vbi ad cacumē erepse-
 ris, tutissimū ociū te manet. Nullū aīal tam ferū, qd' non man-
 suescat hūana cura, & animi dormitoris oīm nulla erit domādi
 ratio. Vt corpore valeas, potes in annos aliquod impare tibi,
 vt absthemius sis, vt a venere tēperes, quæ præscripsit homo
 medicus, & vt oīm vitā trāquille trāsigas, nō potes vel mēses
 pauculos impare affectibus, qd' conditor præcipit deus. Vt
 corpus morbo subducas, oīa facis, vt corp⁹ & animā ab æter-
 na morte subtrahas, non illa facis, quæ fecerūt & ethnici.

¶ De homine interiore & exteriorē. Et *de*
 de duab⁹ partib⁹ hoīs ex l̄ris sacris.

 Pudet me p̄fecto Christianorū noīe, quorū maxima pars ve-
 luti muta pecora, seruit affectibus suis, adeoq; in hac dimicas-
 tione nō sunt exerciti, vt ne norint quidē rōnis atq; p̄turbatio-
 nū discrimē. Hoc tm̄ hoīem esse putāt, qd' vidēt, qd' sentiunt.
 Imo nihil esse putāt, nisi qd' sub sensum cadat, quū nihil sit mi-
 nus. Quicqd' impēse cupiūt, id rectū existimāt. Pacē appellāt
 certā cōploratāq; seruitutē, dum obrūta ratio, quocūq; vocat
 affectus, nihil renitēs sequitur. Hæc pax est illa misera, quam
 Christ⁹ veræ pacis author, qui fecit vtracq; vnū, venit dirimere
 bellū salutare excitaturus, inter patrē & filiū, inter maritum &
 vxorē, inter ea quæ turpis cōcordia male cōciliauit. Iam v̄o
 phōrū leuis sit authoritas, nisi eadē oīa, tametsi v̄bis nō iisdē, sa-
 cris in l̄ris p̄cipiunt. Qd' philosophi rationē, id Paulus modo
 sp̄m, mō interiorē hoīem, mō legē mētis vocat. Quod illi affe-
 ctum, hic interim carnē, interim corpus, interim exteriorē ho-
 minē, interim legē mēbroꝝ appellat. Sp̄ū inquit ambulate, &
 desyderia carnis nō p̄ficietis. Caro em̄ ꝑcupiscit aduersus sp̄m

D

Christiāis sola
 voluntas deest
 Nota.

Virtutis via ar-
 dua in p̄ncipio

absthemius
 Animus qualr
 domandus

Pax falsa quas
 deus odio ha-
 bet. *Comp. lozā fructu*

Pauli cū philo-
 sophis concor-
 dantia.

Mathci,
 10.

Ad Ga-
 lat. 5.

Platonis &
Pauli cons-
cordantia

Odiū Iacob
& Esau.

& spūs aduersus carnem, vt nō quaecūq; vultis, illa faciatis. Et
alibi. Quod si scd'm carnem vixeritis, moriemini. Si spū facta
carnis mortificaueritis, viuetis. Noua pfecto rerū cōmutatio
vt in bello pax quærat, ī pace bellū, in morte vita, ī vita mors,
in seruitute libertas, in libertate seruit⁹. Scribit em̄ alibi Paul⁹.
Castigo corp⁹ meū, et ī seruitutē redigo. Libertatē audī. Qd'
si spū ducimini, nō estis sub lege. Et, nō iterū cōcepimus spm̄
seruitutis in timore, sed spm̄ adoptiōis filiorū dei. Idē alibi. Vis
deo aliā legē in mēbris meis, repugnantē legi mentis meæ / &
captiuantē me in lege pctī, q̄ est in membris meis. Legis apud
eundē, de exteriorē hoīe, qui corrūpīt, & interiorē, q̄ renouat
de die in diē. Plato duas vno in hoīe aīas cōstituit. Paul⁹ eodē
in hoīe duos hoīes facit, adeo cōglutinos, vt neuter sine altero,
neq; in gloria, neq; in gehēna, sit futurus, adeo rursūm dis-
iunctos, vt vni⁹ mors, vita sit alteri⁹. Eodē opinor ptinet, quæ
scribit Corinthijs. Factus est prim⁹ homo in animā viuentē,
nouissim⁹ Adam in aīam viuificantē. Sed nō pri⁹ qd' spiritale
est / sed quid aīale, deide qd' spūale. Prim⁹ hō de terra terren⁹ /
Scd'us hō de cœlo cœlestis. Atq; vt euidēt⁹ esset, ista nō solū
ad Christū & Adam, sed ad nos oēs ptinere subiecit. Qualis
terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes.
Igit' si portauim⁹ imaginē terreni, portem⁹ & imaginē cœles-
tis. Hoc aut' dico fratres, quia caro & sanguis regnū dei non
possidebūt, neq; corruptio, incorruptelā possidebit. Vides li-
quere, quod alibi carnē, & exteriorē, qui corrūpīt, hominem
dixit, hic terrenū Adam nominasse. Hoc ipsum nimirū est, &
corpus illud mortis, quo grauat⁹ exclamabat Paulus. Infelix
ego hō, q̄s me liberabit de corpore mort' hui⁹? Porro fructū
lōge diuersissimū carnis, & spūs aperiēs, alibi scripsit. Qui se-
minat (inquit) in carne sua, de carne & metet corruptionē, qui
aut' seminat ī spū, de spū metet vitā aternā. Hoc igitur illud est
vet⁹ dissidiū geminorū Iacob & Esau, q̄ & añq; in lucē aedes-
rent, iā itra materni vētris claustra luctabant. At Esau quidē
præoccupauit exortū, sed Iacob priuuit benedictionē. Prius
em̄ carnale, sed qd' spiritale potius est. Alter erat rufus & pi-

Ad Ro
mañ. 8.

I. ad Co
rin. 9

Ad gal
lat. 5.

Ad Ro
mañ. 7.

2. ad co
rin. 4.

I. ad Co
rin. 15.

Ad Ro
ma. 7.

Ad gal
6

gen 25.

& 26.
gen. 27.

lis obsitus, alter lenis. Alter inquietus, & venator. Alter do-
 mestico gaudēs ocio. Et ille quidē famelic⁹, ius vēdidit p̄mos
 genitorū, dum vili voluptatis authoramēto illectus, a natura
 libertate excidit, in seruitutem peccatorum. hic quod iure non
 habebatur, arte gratiæ sibi vendicat. Inter hos fratres quanq̄
 vterinos, quāq̄ gemellos, nunq̄ perfecta coit concordia, odit
 enim Esau Jacob. Jacob contra, & si non respondet odio mu-
 tuo, fugit tamen, suspectumq̄ semper habet Esau, neq̄ sese illi
 credit. Tibi quoq̄ quicquid suaserit affectus, suspectum sit,
 propter dubiam authoris fidem. Jacob solus vidit dñm, Esau
 vt sanguinarius, gladio viuit. Postremo dominus a matre cō-
 sultus respōdit. Maior seruiet minori. Pater vero adiecit, Fras-
 tri tuo seruiet. Tempusq̄ veniet, cū excucias & soluas iugū
 eius de cervicibus tuis. Dominus de pijs vaticinatur, pater de
 reprobis, ille quid ab omnibus oporteat fieri cōmonstrat, hic
 quid pleriq̄ facturi sint prædicat. Paulus vult mulierem sub-
 ditam esse viro suo. Melior enim est iniquitas viri, q̄ mulier
 benefaciens. Eua nostra carnalis est affectus, cuius oculos cal-
 lidus ille coluber quotidie sollicitat. Ea corrupta, pergit &
 virum ad communionem mali sollicitare. Sed quid legis de
 muliere noua id est ea quæ viro suo morigera est? Inimicitias
 ponam inter te (nempe serpentem) & mulierem, et semē tuū,
 et semen illius. Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis cal-
 caneo illius. Deiectus est coluber in pectus, impetum eius fre-
 git mors Christi. Tantum calcaneo insidiatur clancularius.
 Caterum gratia fidei, tanq̄ in viraginem versa mulier, ve-
 nenatum caput animosa conterit. Aucta est gratia, imminuta
 carnis tyrannis. Sara imminuta, authore deo, creuit Abrahā,
 iamq̄ illa non maritum, sed dominum vocat. Neq̄ prius ta-
 men illa partū meretur, q̄ illi desinissent muliebria. Quid x̄o
 tandem peperit domino suo Abrahæ, iam anus, iam effœta?
 Nempe Isaac. i. gaudium Simul atq̄ in homine cōsenuerunt
 affectus, tum demum exoritur foelix illa tranquillitas inno-
 centis animi, et mentis sacuritas quasi iuge conuiuium. Et
 vt pater ipse non indulsit vxori: ita in liberis suspectam

Antigoromētu

Eua mystica

Clancularius

Sonago
Abrahā auctus
ratio.
Sara minuta
caro

D ij

ad Ro
 mañ. 8.

ad Co
 in. 9
 ad gal
 t. 5.

ad Ro
 mañ. 7.
 ad co
 in. 4.

ad Co
 in. 15

ad Ro
 na. 7.

ad gal
 5

gen 25
 & 26
 gen 27



Collusio

Isaac cū Hismaele mystice . habet collusionē Isaac cū Hismaele. In ea ætate nō vult cōuenire filiū ancillæ, cū filio liberæ. Dū adhuc feruet adolescentia,

Ablego

pellereat

Negomū

Pauli stimulus ad quid nobis pdest.

Nota diligēter

Vana gloria hydrę cōpat

scamcare

Proteus,

Proteus sensuualitatis typū gerit.

pcul ab oculis ableget Hismael; ne sub blādimēti specie pueræ adhuc Isaac ad suos mores pelliciat. Iam senuerat Abrahā, iam anus erat Sara; iam ediderat Isaac; adhuc diffidit; nisi vxoris cōsiliū; diuinū oraculū cōprobasset. Non est securus de muliere donec audit a dño. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. O foelicē senectam eorū; in quibus sic præmortuus est ille terren⁹ homo, vt nullū negociū exhibeat spiritui. Qui cōsensus/an p oia pfectus/homini cōtingat in hac vita, haud est quidē affirmauerim. Fortasse ne expediat quidē. Nā & Paulo dat⁹ est stimulus carnis, angelus Satanae, qui illū colaphizaret, ac iam tertiu/dñm rogās; vt a se tollerēt; hoc tantum audiuit. Paule sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate pfit. Nouū pfecto remedij genus, Paulus ne superbiret, tētatur a supbia, vt solidus sit in Christo; in se cogit esse infirmus. Poratabat em̄ thesaurū reuelationū celestiu in vase fictili; vt sublimitas esset virtutis dei; & nō ex ipso. Quod vnū exemplum apli; multorū pariter nos admonet. Primū quū a vicij sollicitamur; mox iteratis præcibus implorandū esse auxiliū diuinū. Deinde tentationes viris pfectis interdū non solū periculosas nō esse; verū etiam ad custodiā virtutis necessarias. Postremo reliquis omnibus pdomitis solū inanis gloriæ viciū in medijs etiam virtutibus insidiari; & hanc esse velut hydrā illam Herculanā, monstrū viuax; & suis vulneribus fœcundum quod omnibus exanclatis laboribus/supremo sine vix demū queat cōfici. Verū labor omnia vincit improbus; Interim dum vehemētibus pturbationibus æstuat animus tu modis omnibus preme; vrge; immine; ac Proteū istum tuum; vinculis stringe tenacibus; dum om̄ia transformat sese in miracula rerū ignēq; horribilēq; feram; fluuiūq; liquentē; donec in natiuā speciem redeat. Quid aut tam Proteus; q̄ affectus & cupiditates stultorum; quæ quum eos nunc in beluinam libidinem nūc in irā ferinam; nunc in venenatam inuidiam; nūc in alia atq; alia viciorū portēta trahūt; nōne pulchre quadrat; quod eruditiss

4 G
gico

Ger
32

z. ad co
rin. 12

3. R
18

z cor. 4

Ger

Gal

P. 3

Ger
23

4 Geor mus poeta dixit. Tum varia eludet species atq; ora ferarum.
 gicorū. Fiet em subito sus horridus, atraq; tygris. Squamosusq; dras
 co, & fulua ceruice leena. Aut acere flamae sonitu dabit. Hic y o
 memeto/quod sequit. Sed quanto ille magis formas se vertet
 in omnes, Tanto nate magis contende tenacia vincla. Imo ne
 rursum ad fabulas reuoluamur poetaru, exemplo sancti pa
 triarchae Iacob, luctamen nocturnum constanter vrge, donec
 illucescat aurora opis diuinae, dicit oq; no dimittā te, nisi bene
 dixeris mihi. Quod aut virtutis suae praemiu tulerit, fortissim^o
 ille palestrites, operae preciu est audire. Primu benedixit ei in
 eodem loco. Semp em post superata tentatione praecipuum
 quoddā auctariū diuinae gratiae adiciit homini, qua sit ad sus
 turū hostis assultū multo q̄ fuerat munitior. Deinde tacto fes
 more emarcuit neru^o victoris, & coepit altero claudicare pede
 Execrat per os pphetā deus, eos qui utroq; claudicant pede
 .i. qui simul & in carne esse, & deo volunt placere, & dum
 vtrūq; male conantur, in vtroq; claudicant. Foelices aut illi, in
 quib^o sic affectus carnis emortuus est, cōtingente deo, vt dex
 tro pedi potissimū. i. spiritui innitant. Postremo nomen illi
 cōmutatū. Ex Iacob em fit israel. Ex luctatore quietus. Vbi
 castigaris carnē tuā, & eam crucifixeris cū vicij & cōcupiscē
 tijs, iam nullo obstrepēte cōtinget tibi tranquillitas & ocium
 vt vaces & videas dominū, vt gustes & videas quoniā suavis
 est dñs. Hoc em sonat Israel. Videat aut nō in igni non in tur
 bine ac tumultu tentationū, verū tempestatē diaboli, si modo
 pseueraris, cōsequit sibilus aurae tenuis consolationis spūalis.
 Ea simul atq; leniter aspirauerit, tum intende acriter internos
 oculos, & eris Israhel. dicesq; cum eodem: Vidi dñm: & salua
 facta est anima. Videbis eum qui dixit. Non videbit me omis
 caro. Excute te ipsum. Si caro es, nō videbis dñm si nō vide
 ris non saluabitur anima tua. Cura igitur vt sis spiritus.

¶ De tribus hominis partibus.
 spiritu anima & carne.

¶ Erant haec vel nimio plus satis, verū vt fias tibi paulo etiā
 p̄spectior atq; excussior. libet & origenicā hominis sectionē

D iij

Iacob luctatus
 cum angelo

palestites

auctariū

Ex Iacob
 Israel.

Israhel videns
 deum

Origenes q̄liē
 hoīem diuisit.

Aspectus

Corpis peditio

Spūs natura.

**Anima media
inter corpus &
spiritum**

breviter referre. Is em̄ Paulum sequutus tres partes facit, spm̄ animā & carnē, quas omnes cōiunxit aplūs scribēs Thessaloz nicensibus vt integer (inquit) corpus vestrū & anima, & spūs in die dñi nr̄i Iesu Christi seruet. Esaias aut̄: om̄ssa parte infirma, duarū meminit. Anima (inquit) mea desyderabit te in nocte, sed & spūs meo in prācordijs meis de mane vigilabo ad te Daniel item, Laudate (inquit) spiritus & animā iustorum dñm. Quibus ex locis nō absurde colligit, triplicem hominis portionē. Corpus siue carnē infimā nostri partē, cui per genitalē culpā legē inscripsit peccati/serpēs ille veterator, quaq; ad turpia, puocamur, ac victi diabolo cōnectimur. Spiritum vero qua diuinā naturā similitudinē exprimimus, in qua cōditor optimus, de sue mētis archetypo eternā illā honesti legē insculpsit digito. i. spūs suo Hac deo cōglutinamur, vnūq; cum eo effcimur. Porro tertā & inter ista mediā animā constituit, quā sensuū ac motuū naturalū sit capax. Ea velut in factiosa rep. nō pōt nō alterutri partiū accedere. Hinc atq; hinc sollicitatur: liberū habet/vtro velit inclinare. Si carni renunciāns, ad spūs partes sese traduxerit, fiet & ipsa spiritalis, sin ad carnis cupiditates semet abiecerit, degenerabit & ipsa in corpus. Hoc enim est/quod sensit Paulus scribens Corinthijs. An nescitis, quoniā qui adheret meretrici, vnū corpus efficitur? Qui autē adheret dño, vnus spūs est. Meretricē lubricā hominis partē appellat. Hęc est illa illex & blanda mulier, de qua legis pro uerbiorū capite secūdo. Vt eruaris a muliere aliena, & ab extranea, quā mollit sermones suos, & relinquit ducē pubertatis suā, & pacta dei sui oblita est. Inclinata est em̄ ad mortem domus eius, & ad inferos semitā ipsius. Omnes qui ingredientē ad eā nō reuertentē, nec apprehēdēt semitas vitæ. Et capite sexto. Vt custodiant te a muliere mala & a blanda lingua extraneā. Nō cōcupiscat pulchritudinē ei⁹ cor tuū, ne capias ris nutibus illius. Preciū em̄ scorti vix vnus est panis, mulier aut̄ viri preciosam animā rapit. Nōne quum de scorto, corde & anima meminit, nominatim tres hominis partes expressit? Rursum capite nono, Mulier stulta & clamosa, plenaq; illece

I. ad thes
sal. 5

Esa. 26
daniel. 3

I. ad Co
rin. 6

bris, & nihil omnino sciēs. Sedet in foribus domus suae super
 sellā, i excello vrbis loco, vt vocaret trāseūtes p viā & gētes in
 itinere suo. Quis est paruulus declinet ad me. Et vecordī lo- *Deoro*
 cuta est. Aquae furtiuae dulciores sunt, & panis absconditus sus-
 auior. Et ignorauit q̄ ibi sint gigātes, & in pfundis inferni cō-
 uinae ei⁹. Qui em applicabit illi, descēdet ad inferos. Nam qui
 abscesserit ab ea saluabit. Queso te quib⁹ colorib⁹ magis gras *frap̄gure*
 phice depingi fucarive poterāt vel venenatae carnis illecebrae
 ad turpitudinē sollicitatis animā, vel improbitas spiritui recla-
 mātis, vel exit⁹ infœlix superātis. Ergo spūs deos nos reddit. **Differentia**
 Caro pecora aīa cōstituit hoīes. Spūs pios Caro ipios, anima **Carnis,**
 neutros. Spūs quærit coelestia, caro dulcia, aīa necessaria, spūs **Animæ**
 euehit in coelū. Caro deprimat ad inferos, Anīe nihil imputat **Spiritus**
 Quicquid carnale, turpe est. Quicquid spiritale/pfectū: quicquid
 aniale mediū & indifferēs. Vis ne pinguiore (quod aiūt) Mi-
 nerua tāq̄ digito tibi demōstrari, partiū istarū discrimē. Equi-
 dem experiar. Vereris parentes. Amas fratrem, Amas liberos.
 Diligis amicū. Nō tam virtutis est ista facere, quā sceleratū nō
 facere. Quur em nō facias Christianus, quod naturæ instin-
 ctu faciūt & gētes, imo quod faciunt & pecora? Quod natu-
 ræ est, non imputatur ad meritū. Sed incidisti in eum locū, vt
 aut patris cōtemnenda pietas, vincenda charitas liberorū, bes-
 niuolētia negligēda amici, aut offendendus deus. Quid facis,
 In biuio stat anima? Sollicitat hinc caro illinc spūs: Dicit spūs:
 Potior est parēte deus. illi corpus modo debes: huic oīa. Sug-
 gerit caro. Nisi pares: exheredat te pater, vulgo diceris impi⁹.
 Consule rei: cōsule famæ. Deus aut nō videt, aut cōiuet, aut *Comuuo*
 certe facile placabit. Iam heret, iam nutat anima. Vtrocūq̄ se
 flexerit hoc erit: qd' est/ cui asserit. Si cōtempto spū, meretricē
 carnem audierit, vnum corpus est/ sin spreta carne ad spiri-
 tum erigatur, transfiguratur in spiritum. Ad hunc modum cō-
 suesce temetipsum sollerter excutere. Ingens enim hominum
 error, qui non raro absolutam pietatem putant, quod est na-
 turæ. Imponunt incautis affectus quidam in speciē honestio-
 res, & quasi virtutum laruis personati. Saui iudex in fontem,

larua

Horatius
 Maxima pars
 vatum decipi-
 mur specie res-
 cti. *Bono*

I. ad thes
sal. 5Esa. 26
daniel. 3I. ad Co
rin. 6.

seuerus & incorruptus sibi videt. Vis & hūc discuti: Si animo indulget suo, seruitq; rigori cuidā genuino, nullo animi dolore, nonnulla fortassis cū voluptate, nihil tñ a iudicis officio diuaricās, ne sibi ptin^o placeat. Mediū est quod facit. Qd' si lege vel ad odiū priuatū, vel ad cupiditatē abutitur, iam carnale est quod gerit, & homicidiū ꝓmittit, sin ingentē aīo ꝓcipit dolorē quod eum cogit perdere, quē mallet emendatū & incolumē, & pœnam cōmeritā irrogat eo pectoris sensu, quo pater filiū charissimū secari vricq; iubet, ita demū spiritale erit, qd' agit. Plæricq; ꝓpensione naturæ, atq; ingenij, ꝓprietate, rebus nonnullis vel gaudent vel abhorrent. Sunt quos nihil titillet venerea voluptas. Ne ꝓtinus sibi ad virtutē arrogent quod est indifferēs. Non carere libidine, sed vincere libidinem virtutis est. Ali^o gaudet ieiunare, gaudet adesse sacris, gaudet frequēs esse in templis, gaudet q̄ plurimū psalmorū dicere, sed in spū. Exige ad hanc regulā quod facit. Si ad famā, si ad emolumentū spectat/carnem sapit/nō spiritū. Si tantū ingenio indulget suo, facit em̄ qd' animo lubet. non habet quicquid sibi magnopere placeat, imo quod timeat habet. En tibi periculū. O ras & nō orantē iudicas. Ieiunas: & fratrem manducantem cōdemnas. Quisquis non facit, quod tu, eo te meliorē iudicas. Vide ne ad carnem pertineat ieiuniū tuū. Eget frater ope tua, tu interim ꝓculis tuis deo obmurmuras, fratris egestatē dissimulans. auersabit istas ꝓæces deus. Quomodo em̄ te orantē audiet deus, quum tu non audias homo hominē? Accipe & illud. Amas vxorem, hoc tantū nomine, quod vxor est. Nihil magni facis. Nam istud quidem est tibi cum ethnicis commune. At amas, non ob aliud, nisi quia tibi voluptati est. Ad carnem tendit amor tuus. Sed amas ob hoc potissimum, qd' in ea ꝓspexeris imaginē Christi, puta pietatem, modestiā, sobrietatē, pudicitiam, iamq; non illam in ipsa, sed in Christo, imo in ea Christum amas, ita demum spiritualiter amas. Verū his de rebus plura, sed suo loco.

Opa etiā bona qua cautela discutienda sint.

figmā

¶ Regulæ quædā generales veri Christianismi.

Nūc quoniam ad id, quod ꝓpositū est, vtrūq; viam aperuis

Met
mor.

Iob.

se, & quasi syluā quandā cōparasse videmur, ad reliqua ppe-
 randū, ne nō enchiridion, sed ingēs fiat volumē, Conabimur
 aut breuiter regulas quasdā, quasi nexus quosdam palestricos
 tradere, quarū ductu, tanq̄ filii Dedalei facile queas e mundi
 huius erroribus/velut e labyrintho quodā inextricabili emer-
 gere, atq̄ ad purā lucē vitæ spiritalis ptingere. Nulli disciplinae
 sui canones desunt, & sola beate viuēdi ratio, nullis præceptis
 adiuuabit̄. Est autē omnino virtutis ars quadā & disciplina,
 in qua qui se grauius exercēt, ijs deniq̄ aspirat ille sanctorū co-
 natuū puector spūs. Qui vero dicūt, recede a nobis, scientiā
 viarū tuarū nolum⁹, hos reijciet misericordia diuina, p̄pterea
 quod ipsi reiecerūt scientiā. Sument̄ aut̄ hi canones, partim a
 persona dei, diaboli, & nostra. Partim a rebus, i. virtutibus ac
 vicijs, & quæ sunt his coniuncta. Partim a materia virtutū &
 viciorum. Conducent potissimū aduersus tria mala, reliquias
 culpæ genitalis. Nam & si labem absterit baptismus, tamen
 hæret adhuc quiddam veteris morbi, relictum in nobis, tum
 ad custodiā humilitatis, tum materiam segetemq̄ virtutis. Ea
 sunt cæcitas; caro, & infirmitas. Cæcitas ignoratię nebula/ra-
 tionis obscurat iudiciū. Lumē em̄ illud purissimū diuini vult⁹
 quod cōditor infuderat sup nos, quū nō nihil offuscavit culpa
 primorū parentū, tum corrupta educatio: improb⁹ cōuictus,
 peruersi affectus, viciorū tenebræ, cōsuetudo peccandi, tanta
 obduxit rubigine, vt diuinitus insculptæ legis vix vestigia q̄-
 dam appareāt. Ergo (vt cœperam) cæcitas facit vt in delectu
 rerū fere cæcutiamus, p̄ optimis pessima sequētes, potiora mi-
 nus vtilibus posthabētes. Caro sollicitat affectū, vt etiā si quid
 sit optimū intelligam⁹, diuersa tamē amemus. Infirmitas facit
 vt virtutem semel arreptam, vel tædio, vel tentatione vicū, de-
 seramus. Cæcitas officit iudicio. Caro deprauat voluntatem.
 Infirmitas frangit constantiam. Primū igit̄ est, vt fugiēda dig-
 noscas ab expetēdis, atq̄ ideo tollenda cæcitas, ne in rerū de-
 lectu hallucinemur. Proximum vt malum cognitum oderis,
 bonum ames, & in hoc vincenda caro, ne contra mentis iudi-
 cium dulcia p̄ salutaribus amemus. Tertiū vt in bene cœptis

Metha-
mor. 8.

Iob. 21.

Quodam

Ars bñ viuēdi

laborum

Fomes ad qd
nobis relict⁹ sit

Tria præcipua
hoim mala
Cæcitas

Caro,
Infirmitas,

Intelligere

Velle,

Perseuerare.

Gallus

E



perseueres, atq; idcirco fulcienda infirmitas. ne turpius virtutis
viam deseramus / q̄ fueramus non ingressuri. Ignorantia me-
dendum, vt videas qua sit eundem. Caro domanda, ne a co-
gnita via seducat in deuia. Infirmitas animanda: ne viam ar-
gressus, vel vacilles, vel resistas, vel deflectas, neue semel ara-
tro manum admolitus respicias, sed exultes vt gygas ad cur-
rendam viam. Semper in ea quæ sunt ante temet extendens,
eorum quæ retro sunt oblitus, donec apprehendas brauiũ &
coronam promissam perseuerantibus. Ad hæc itaq; tria Ca-
nones quosdam pro nostra virili accomodabimus.

Luce. 9
P̄. 18
Phili. 3.

Canon

f. 26
¶ Contra malum ignorantia.
¶ Canon Primus.

Scripturis diui-
nis firmiter cre-
dendum.

Canon

Ne festinaueris
Sinon continue
p̄ces tuæ exau-
diunt aut aliud
quiddam tradat
a deo, p̄missum
sive prædictum.

Canon

Quoniam vero fides vnica est ad Christum ianua, primam
oportebit esse regulam, vt de ipso atq; illius spiritu traditis scri-
pturis q̄ optime sentias. Credasq; non oretenus, non frigide,
non obstinanter, non hesitanter, quemadmodũ vulgus facit
Christianorum, sed toto pectore penitus infixum immotũq;
sedeat, ne vnum quidem in eis Iota contineri, quod non ma-
gnopere ad tuam salutem pertineat. Nihil quicq; te moueat
quod bonam hominum partem, sic vides viuere, quasi coelũ
& inferi, fabule quæpiam essent aniles, terricula aut illectamẽ-
ta puerorum. Tu vero credens, ne festinaueris. Et si ad vnum
vniuersus infaniam mundus, vertantur elementa, desciscant an-
geli, non potest mentiri veritas, non potest nõ euenire, quod
deus euenturum esse prædixit. Si deum esse credis, veracem
credas oportet. Sic prorsus habeto, nihil tam verum esse, nihil
tam certum atq; indubitatum eorũ, quæ auribus hauris, oculis
coram intueris, manibus tenes, q̄ quæ legis in his lris quas
coeleste numen, i. veritas inspirauit, sancti prophetae prodide-
runt, tot martyrum sanguis cõprobauit, quibus tot iam sæcu-
lis piorum hominum cõsensu subscripsit, quas Christus ipse
in carne, & sermone tradidit, & moribus expressit, testantur
miracula, confitentur & demones, a deoq; credunt, vt & con-

Iaco, 2. tremiscant. Denique quæ sic consentaneæ sunt æquitati naturæ quæ sic inter se constant, sic rapiunt attentos, sic mouent atq; transformant. Si hæc tanta argumēta in eas solas competunt, quæ, malum, uesania est, in fide hesitant? Vel ex præteritis futurorum cōiecturam facito. Quanta, q̄q; incredibilia dictu de Christo prædixerant propheta. Quid horum non euenit? Qui in illis non sefellit, in alijs faller? Postremo non mēiti sūt propheta, & mentietur Christus prophetarū dominus? His atq; huiusmodi cogitationibus si subinde flammam excitaris fidei, tum ardentem rogaueris deum, ut adaugeat tibi fidē mirabor, si diu malus esse poteris. Quis enim usq; adeo scelestus ut non resiliat a vicijs, si modo penitus credat, momentaneis his voluptatibus, præter infœlicem illum consciæ mentis cruciatū, æternos quoq; emi cruciatus? P̄is contra pro temporaria ac leui vexatiuncula, centuplum gaudium puræ cōsciētiæ, ac vitam deniq; reddi immortalem?

more certis q̄busdā obseruatiōib⁹ tāc̄ magic] cerimonijs deū
demereri velim⁹, docet eaten⁹ opa n̄ra grata esse deo, q̄tenus
ad charitatē referunt̄, in id idē p̄fecta. Sup̄ oīa aut̄ hac̄ inquit
charitatē habete, qd̄ est vinculū p̄fectiōis, & pax Christi exul-
tet in cordibus v̄ris, in qua & vocati estis in vno corpe. Dabo
argumentū euidentius. Ad Galatas scribēs saepe carnē saepe spi-
ritū noīat, quos nō tantū a libidine vocat ad castimoniā, sed a
Iudaismo & operū fiducia in quā erāt a pseudo apl̄is inducti,
conat̄ retrahere. Hic igit̄ opa carnis, vide quae vicia cōmemo-
ret. Manifesta sunt aut̄ opa carnis, quae sunt fornicatio, immū-
ditā, impudicitia, luxuria, idolorū seruit⁹, veneficia, inimicitiae
cōtentiōes, emulatiōes, irē, rixē, dissensiōes, sectae, inuidia, ho-
micidia, ebrietates, cōmessatiōes, & his similia. Neq; multo post
Si spū viuimus, spū ambulemus. Deinde quasi pestē spiritui
infestā indicās addit. Nō efficiamur inanis gloriae cupidi inuis

Ad Col
2. & 3.
Coll. 2.

Coll. 3.

Vbi 5.

Col. 3.

Coll. 3.

Gal. 5.

cem, puocātes, inuicē inuidētes. De fructibus arbor cognoscitur. Quod vigiliās, qd' ieiunia, qd' silentia, qd' p̄cūlas qd' reliquas id gen^o obseruatiōes nō prāteris, nihil moror, in spū nō credā esse, nisi videro fructus spūs. In carne esse quur non affirmē, quū post saecularē pene istarū rerū exercitacionē, adhuc ī te dephendā opa carnis. Inuidētia plusq̄ muliebrē. Irascundiā & ferocitatē militarē, rixandi nūq̄ fatiatā libidinem, rabiosam maledicētia, viperiū linguā obtretratricis venenum aīm tumidū, ceruicē praefractā, lubricā fidē, vanitatē, fictionē, assentionē. Tu fratrem in cibo aut potu, cultive iudicas, at Paulus te iudicat ex factis tuis. An hoc te a carnalib^o mūdānis separat, qd' tu leuiorib^o quidē in rebus, sed iisdē tñ vicijis laboras. Num turpior est, qui ob hereditatē interceptā, ob viciatā siliā, ob lesū parentē, ob magistratū, ob principis gratiā, iras, inimicitias, aemulatiōes suscipit q̄ tu qui (pudet dicere) q̄ de nihilo, multo hac oīa facis acerbior. Causa peccādi leuior, non eleuat crimē, sed exaggerat. Neq̄ refert in quāto pecces, mō pari affectu. Imo refert adeo, hoc em̄ quisq̄ sceleratior est, q̄ minore momēto ab honesto abducit. Nō ego nūc loquor de ijs monachis, quorū mors & mūdus detestat. Sed de his quos vulgus mirat, nō vt hoīes, sed vt angelos. Quos ipsos tamen offendi nō oportet hoc sermone, qui vicia notat, nō homines. Qd' si boni viri sunt, gaudeāt etiā a quocūq̄ admoneri in his q̄ ad salutē ptinēt. Neq̄ clam me est/inter eos esse plurimos, qui litteris & ingenio adiuti spiritus mysteria degustarūt: Sed (qd' ait Liuius) fere fit, vt maior pars vincat meliorē. Caterū si verū fateri fas est, nōne videmus arcūssimū quodq̄ monachorū genus, fastigiū religionis aut in cerimonijs/aut in certa lege psalmorū, aut in corporū labore ponere. Quos si quis excutiat atq̄ de spūalibus p̄contē, vix perpaucos inuenerit, qui non in carne ambulent. Et hinc ista tanta animorū infirmitas, illic trepidantiū vbi timor nō est, illic oscitantiū vbi summū est periculū. Hinc illa perpetua in Christo infantia, vt ne quid dicam grauius, quod preposterū rerū aestimatores, ea facimus plurimi, quae sola nihil sunt, is neglectis, quae sola sufficiunt,

Secutio

Observatiō cerimoniarū carnalium nō facit hominem spiritalem

Carnis opera

Discrimen

Causa peccati leuior non minuit crimen

no bene

Monachi fastigiū religionis in solis cerimonijs ponunt,

fastigiū

G

**Pueri centum
annorum.**

Pedagogus

Pietas

Constitutio

**Charitas noui
& veteris testa-
menti maximū
est preceptum.**

Supremū, a. um.

Symonides

*semp̄ sub pedagogis agētes, semp̄ sub iugo nec vnq̄ ad liber-
tate spūs aspirātes, nūq̄ ad amplitudinem charitatis crescētes.*

Quū clamat Paulus ad Galathas, state & nolite iterū iugo ser- Gal. 4
uitutis cōtineri. Atq; alio loco. Itaq; lex pedagogus n̄r fuit in

Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iā nō sum⁹ Gal. 2
sub pedagogo. Oēs em̄ filij dei estis p̄ fidē quæ est in Christo

Iesu. Neq; multo inferius. Ita & nos quū essem⁹ paruuli, sub Gal. 4
elemētis mundi eram⁹ seruiētes. At vbi venit plenitudo t̄pis,

misit deus filiū suū factum ex muliere, factū sub lege, vt eos q̄
sub lege erāt redimeret, vt adoptionē filiorū reciperem⁹. Qm̄

autē estis filij dei, misit de⁹ sp̄m̄ filij sui in corda vestra clamātē,
Abba pater. Itaq; iam non est seruus sed fili⁹. Iterū alibi. Vos Gal. 5
em̄ in libertatē vocati estis fratres, tantū ne libertatē in occas-

sionē detis carnis, sed p̄ charitatē spūs seruite inuicē. Om̄is em̄
lex in vno sermone implet̄ Diliges pximū tuū sicut teip̄m̄,

Quod si inuicē mordetis & comedetis, videte ne ab inuicē cō-
sumamini. Rursum ad Romanos, Nō em̄ accepistis spiritum ad ro. 3

adoptiōis filiorū dei, in quo clamam⁹ Abba pater. Eodē pt̄i-
net & illud qd̄ Timotheo scribens. Exerce autē (inqt) teip̄m̄

ad pietatē. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, I. ad Tim. 4
pietas ad om̄ia est utilis. Et ad Corinthios, Dñs spūs est. Vbi

autē spiritus, ibi libertas. Sed quid nos vnum aut alterū locum z. ad Co-
referim⁹. Totus in hoc est Paulus, vt caro quæ cōtentiosa est rin. 3.

contemnat, & in spiritu, qui charitatis & libertatis est author
nos constituat. Indiuiduæ em̄ inter se comites sunt, caro seruus

tus, inquietudo cōtētio. Rursum spiritus, pax, amor, & liber-
tas. Hęc passim inculcat apl̄s. Num meliorē religiōis mḡm

requirim⁹, præsertim quū huic oīs diuina scriptura concinat.
Hoc erat maximū mādatum in lege Moysaica, hoc iterat ac p̄

ficit in euāgelio Christus. Ob hoc potissimū nat⁹ ac mortuus
est vt nos doceret, nō Iudaizare, sed amare. Post cœnā illam

supremā, q̄ sollicitē, quāto affectu mādat apl̄s suis, nō de cibo
aut potu, sed de charitate mutuo seruāda. Quid aliud docet,

imo rogat huius symonides Iohānes nisi vt diligam⁹ inuicē. I. corin. 13.
Paulus quū passim (vt dixi) charitatē cōmendās, tum ad Co-

rinthios scribēs, & miraculis, & pphetiā, & angelorū linguis
 antepōnit charitatē. Ne tu mihi ilico charitatē esse dicas, in tēs
 plo frequētem esse, signis diuorū p̄cūbere, cereolos accēdere
 numeratas preculas iterare Nihil istis opus habet deus. Cha-
 ritatē paulus vocat, ædificare p̄ximū, oēs eiusdē corporis mē-
 bra ducere, oēs vnū in Christo putare, de fraternis cōmodis,
 p̄inde vt de tuis in dño gaudere, incōmodis mederi veluti p̄-
 prijs. Mansuete corripere errantem, docere nescientē, erigere
 lapsum, cōsolari deiectū, adiuuare laboratē, Subuenire agētī,
 in summa oēs opes tuas, omne studiū, oēs curas ad hoc refer-
 re, vt q̄ plurimis p̄sis in Christo, vt quēadmodū ille neq̄ sibi
 natus est, neq̄ vixit, neq̄ mortu⁹ est, sed totū se donauit vsib⁹
 nostris, ita & nos fratrū cōmoditatib⁹ inseruiam⁹ / nō p̄prijs.
 Quod si fieret, nihil esset religiosorū vita neq̄ letius neq̄ faci-
 li⁹, quā nūc cōtra tristē fere videm⁹ & laboriosam, ac Iudaicis
 sup̄stitionib⁹ plenā, nec ab vllis laicorū vitijs, immunē, in nō-
 nullis cōtaminatiorē. Quod hoīm genus si nunc reuiuisceret
 Augustinus, quo authore vitæ pleriq̄ gloriātur, p̄fecto ne
 agnosceret quidē. Clamaretq̄ nihil se minus p̄baturū fuisse,
 quin hoc vitæ gen⁹, neq̄ ad sup̄stitionē Iudeorū, sed ad ap̄lo-
 rū regulā viuēdi rationē instituisse. S; audio iā dudū qd mihi
 respōdeāt, quidā paulo saniores, In minimis vigilādū ne pau-
 latim defluat in maiora vicia. Audio & approbo, verum non
 paulo magj aduigilādū, ne sic inheres minimis, vt a maximis
 penit⁹ excidas. Ibi periculū euidentius, sed hic graui⁹. Ita Scyllā
 fugito, ne in Charybdim incidas. Ista facere salutare est, sed eis
 inniti p̄niciosum. Paulus non te vetat elementis vti, sed seruire
 nō vult elementis, eū qui liber est in Christo. Non dānat legem
 factorū, sed si quis ea legitime vtať. Sine his fortasse pius non
 eris, sed nō ista te piū faciūt. Conducēt ad pietatē, ita si quidem
 in hoc vtare. Sin frui coeperis, pietatē oēm semel extinguunt.
 Ap̄lus cōtēnit opa Abrahæ, quæ summa fuisse nemo nescit,
 & tu tuis confidis. Deus auersat victimas & sabbata, & neo-
 menias populi sui, quorū oīm ipse fuerat author. An audebis
 tuas obseruaciūculas, cum diuinæ legis p̄ceptis conferre?

**Charitas vera
& eius opera**

**Monachorum
vita q̄ sit cor-
rupta**

**Cerimoniarū au-
toritate aplī /
Christi cōfutat
nisi recte vta-
mur eis.**

G ij

Audi tamē ad ista nausentē ac stomachantē deū. Quo mihi multitudinē victimarū vestrarū dicit dñs: Plenus sum. Holo-
causta arietū, & adipē pinguiū, & sanguinē vitulorū, & agnorū & hircorū nolui. Cū veneritis ante conspectum meū, quis quesitū hęc de manib⁹ vris, vt ambularetis in atrijs meis: Ne offeratis vltra sacrificiū frustra incēsum abominatio est mihi. Neomeniā & sabbatū, & festiuitates alias nō ferā. Iniqui sūnt cætus vestri Calendas vestras & solēnitates vras odiuit anīa mea. Facta sūnt mihi molesta laboraui sustinēs. Et quū extenderit manus vras auertā oculos meos a vobis, & quū multiplicaueritis orōnes vras, nō exaudiā vos. Nōne quū obseruationes & ritus sacrorū cōmemorat, tum multiplicatas orōnes, tāq̄ digito notat eos qui religionē nūero psalmorū aut precū metiunt: Attēde & illā q̄ mire diuinū fastidiū ppheta facundus exaggerat, vt iam neq̄ aurib⁹ neq̄ oculis ferre potuerit. Quæ tandē obsecro: Nimirū quæ ipse tāta religione seruāda tradiderat, quæ tāta veneratiōe tot sæculis fuerāt a regib⁹ sc̄is & pphetis obseruata. Et hęc detestāt adhuc in lege carnali, & tu tuis domi tibi natis obseruatūculis fidis i lege spiritali: Idē alio loco eundē pphetā clamare indefinēter & instar tubæ vocem iubet intēdere, videlicet in re saria & acri rephensione digna, quæq̄ fere nō nisi magna cōtentōe ab istis obtineri queat Me inquit de die in diē querūt, & scire vias meas volūt, quasi gens quæ iusticiā fecerit, & quæ iudiciū dei sui nō dereliquerit Rogant me iudicia iusticiæ, & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauim⁹, & nō aspexisti, humiliauimus anīas nras & nescisti: Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluntas vestra, & oēs debitores vros repetitis. Ecce ad lites & contētionē ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq̄ ad hęc diē, vt audiat in excelsō clamor vester. Nūquid tale est ieiunij qd̄ elegi, p diē affligere hominē animā suā: Nūquid cōtorquere quasi circulū caput suum, & saccum & cinerē sternere: Nūquid istud vocabis ieiunij, & diē acceptabilē dño: Sed qd̄ hoc esse dicem⁹: Damnat deus, quod ipse mādarat: Minime Quid igitur: Sed in carne legis manere, & in re nihil confis

Ieiunium quomodo deo placet.

Esa. 58

Ioan

Ps.

Secundo

Expolito

dere, id x̄o detestat. Proinde utroq; loco quid velit accedere
 Efaie. I. demōstrat. Lauamini inquit, mūdi estote, auferte malū cogi-
 tationū vestrarū de oculis meis. Quū audis mala cogitationū,
 nōne palā sp̄m & internū hominē denotauit? Oculi dñi non
 Efaie. II vidēt in manifesto, sed in occulto, neq; scđm visionē oculorū
 Mathei. iudicat, neq; secundū auditum auriū arguit. Nescit fatuas vir-
 gines, foris expolitas, intus inanes. Non nouit eos qui labijs
 Mathei. dicunt dñe dñe. Deinde admonet vsū vitæ spiritalis, nō tam
 in cerimonijs q̄ in proximi charitate sitam esse. Querite iudi-
 Efaie. I. cium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduā.
 Similia subtexit, & alteri loco de ieiunijs. Nōne hoc est ma-
 Efa. 58 gis ieiuniū quod elegi? Dissolue colligatiōes impietatis. Solue
 fasciculos deprimētes. Dimitte eos, qui cōfracti sunt liberos,
 & omne onus dirūpe. Frāge esuriēti panē tuū, & egenos va-
 gascq; induc in domū tuā. Quū videris nudū, operi eū, & car-
 nem tuā ne despexeris. Quid igit faciet Christian⁹? Negliget
 ecclesiæ mādata, contemnet honestas maiorū traditiōes? dam-
 nabit pias consuetudines? Imo si infirmus est, seruabit vt ne-
 cessarias, sin firmus & pfectus, tanto magis obseruabit, ne sua
 sciētia scādalizet fratrē infirmū, & occidat eum, p quo mortu⁹
 est Christus. Hæc oportet non omittere, sed illa necesse est fa-
 cere. Non damnant opa corporalia, sed preferunt inuisibilia.
 Nō damnat cultus visibilis, sed nō placat de⁹, nisi pietate inui-
 sibili. Spūs est deus, & spiritalibus victimis flectit. Turpe sit
 Christianis ignorare, quod gētilis quidā poeta nō ignorauit.
 Qui de pietate præcipiēs. Si deus inquit est animus, vt nobis
 carmina dicūt. Hic tibi præcipue sit pura mēte colendus. Ne
 cōtemnam⁹ authorē, vel ethnicū, vel minutū. Sentētia est ma-
 gno etiā theologo digna, & vt ego quidē dephēdi, tam intel-
 lecta a paucis, quā nemine nō lecta. Ea x̄o est huiusmōi. Silia
 sibi afficiunt, tu deū tauro ceso, aut thureo vapore moueri
 magnope credis, q̄si corpus esset. Mens est, & quidē purissi-
 ma simplicissimaq; Proinde potissimū mente pura colendus
 est. Tu cereū accensum, sacrificiū putas. At David Sacrificiū
 inquit deo spiritus contribulatus. Et si despexit sanguinem

Vita christiana non tam in cerimonijs q̄ i charitate sita

Colligo

fasciculus

Gentiles qua- liter deū adora- uerunt

Catonis locus vulgo nō bene intellectus

58



Operum bonorum
confutatio nisi
recte fiant

Subduco

hircorum aut vitulorum, aut cor contritum & humiliatum non despiciet. Si facis, quod tribuit oculis hominum, multo magis adhibe, quod requirunt oculi dei. Religioso cucullo tegitur corpus, quod tum si mundanam vestem gerit animus. Si nivea tunica velat homo exterior, sint & interiores hominis vestimenta candida sicut nix. Si silentium agis foris, multo magis cura ut vacet mens intus. In templo visibili demittis genua corporis, nihil agitur, si in templo pectoris stas erectus contra deum. Veneraris lignum crucis, magis sequere mysterium crucis Ieiunium agis, & abstines ab iis que non coinquant hominem, & non contines ab obscenis sermonibus, qui pollutunt & tuam & alienam conscientiam. Corpori subducitur cibus, & anima siliquis porcorum sese ingurgitat. Exornas aedem saxeam, religioni habes loca sacra. Quid refert, si templum pectoris cuius parietem perfodit Ezechiel, abominationibus Aegyptiis profanatum est? Sabbatum agis foris, & intus omnia viciorum tumultibus prestrepunt. Non moechatur corpus, sed avarus es, iam moechus est animus. Profallis lingua corporea, sed intus ausculta quid dicat animus. Ore benedixis, & corde maledixis. Corpore angusta cellula contineris, & cogitatione per totum orbem vagaris. Audis verbum dei corporeis auribus Magis audias intus. Quid enim dicit propheta? Nisi audieritis intus, plorabit anima vestra. Quid autem legis in euangelio? Ut videntes non videant, & audientes non audiant. Et propheta, aure audietis, & non percipietis. Beati igitur, qui intus audiunt verbum dei. Felices quibus dominus intus dicit verbum, & saluabuntur animae illorum. Hanc aurem iubet a David inclinare filia regis, illa, cuius omnis decor ab intus in fimbrijs aureis. Denique quid refert, mala non facere, quae affectu concupiscis? Quid refert bona foris agere, quibus diversa fiunt intus? An magnum est quod corpore Hierosolymam adis, quum intra te ipsum sit Sodoma, sit Aegyptus, sit Babylon? Non magnum est carnis calcaneis vestigia calcasse Christi, at maximum, affectu sequi vestigia Christi. Si maximum est contigisse sepulchrum domini, non maximum erit expressisse mysterium sepulturae. Accusas apud sacerdotem hominem, tua peccata vide quomodo accuses apud deum Nam apud illum accusare, intus odisse est. Tu forte sigillis ce-

Mathel.
15

Ezech.
8

Math. 8

Esaie. 6
Hier. 5
Ps. 44.

reis, aut pecuniola, aut peregrinacūcula semel elui culpas cre-
 dis. Tota erras via. Intus acceptū est vulnus, intus pharmacū
 admoueat necesse est. Corruptus est affectus, amasti, qd' erat
 odio dignū, odisti quod erat amandū. Dulce tibi fuit amarū
 & amarū dulce. Nihil moror, quid exhibeas foris. Sed si mu-
 tatis vicibus, qd' modo amabas, odisse, fugere, horrere coepe-
 ris, si dulcessit affectui quod modo fel sapiebat, ita demū sani-
 tatis argumentū accipio. Amavit multum Magdalena, & di-
 missa sunt ei peccata multa. Quo magis Christū amabis, hoc
 magis oderis tu vicia, nam odium peccati consequit̄ amorem
 pietatis, velut vmbra corpus. Malo te semel mores tuos vi-
 ciosos intus ac vere odisse, q̄ decies verboten⁹ detestari apud
 sacerdotē; Ergo/vt quaedam exempli gratia retulimus in toto
 teatro mundi huius visibilis, in vetere lege, in noua, in omni
 mandato ecclesiae, deniq; in teipso atq; in omni negotio hu-
 mano, foris caro quaedā est, intus spūs. In quibus si nō ordinē
 faciemus praeposterū, sed in his quae vident̄ non ita multum
 fiduciae ponētes, nisi quatenus ad meliora momēti quid adfe-
 runt, semp ad spm̄ & ea quae charitatis sunt respiciamus, eua-
 demus non tristes vt isti & imbecilles, semp pueri (vt prouer-
 bio dicit) animales, ossa arida: (vt apud pphetā est) spm̄ non
 habētia, lethargici, stupidi, rixosi, liuidi, susurrones, sed excelsi
 in Christo, ampli charitate, robusti & ad vtrāq; fortunā tunc
 stabiles, ad minima cōnuētes, ad summa enitētes, pleni alacris-
 tatis, pleni scientiae, quā qui reiiciūt, eos reiicit & ille scientiarū
 dñs. Imperitia em̄, quā fere comitat̄ indocilitas, & quā græci
 pulchre vocant philautiā, sola facit. vt (quod ait Esaias) confi-
 damus in nihili & loquamur vanitates. Concipiamus laborē
 & pariamus iniquitatē. Semp seruiamus trepidi atq; humiles
 cerimonijs Iudaicis. De cuiusmodi loquēs Paulus. Testimo-
 nium (inquit) perhibeo illis, quod zelum quidē dei habēt, sed
 non scd' in scientiā. Quid autē ignorabāt? Nempe quod finis
 legis Christus. Christus autē spiritus est, charitas est. Aperti⁹
 autē Esaias miserā & inutilem istorū seruitutē in carne descri-
 bit. Propterea inquit captiuus ductus est populus meus, quia

Indulgentia q̄ modo p̄sunt.

Opus om̄e ex carne constat & spiritu

Lithargia

liuidio

Philautia quan- tum noceat

domino

philautia

Esaiæ locus

Esaie. 5

Luce. 7

Ezechi. 37

Esa. 59

Ro. 10.

thel.

ech.

ath. 8

ie. 6
er. 5
.44.



**Panes ordeace
os frangere
Aqua de petra
mystice**

Deys 116

**Alæ platonice
duæ sunt intelle
ctus & volūtas**

**Christus ad se
festinātib⁹ vltro
fit obuiam,**

**Platonis senten
tia de turpi &
honesto.**

non habuit scientiā. Et nobiles eius interierūt fame, & multi-
tudo eius siti exaruit. Non mirū qd' populus seruit elementis
huius mūdi, videlicet vulgus indoctū, & nō nisi de alieno pe-
ctore sapiēs. Magis mirandū, qd' religionis Christianę q̄si pri-
mates, in eadem captiuitate/fame intereunt, & siti exarescunt.

Quare fame intereūt: quia nō didicerūt a Christo frāgere pan-
nes ordeaceos. Siliquā nō asperā circūlingūt, medullam non
eruunt. Quare siti exarescūt: Quia nō didicerūt a Mose aquā
de spiritali petra elicere. Neq; hauserūt de fluminib⁹ quæ de
vētre Christi fiunt aquæ viuæ. Hoc aut dictū est de spū, nō de
carne, Tu igit mi frater, ne tristibus laborib⁹ nō multū pmo-
ueas, sed mediocri exercitio cito grādis & vegetus euadas in
Christo hanc regulā diligēter amplexus, ne velis cū inmundis
animalib⁹ humi reptare, sed sp̄ alis illis nitens, quas Plato pu-
tat in animis amoris calore elicitas denuo pullulascere, a cor-
pore ad sp̄m, a mūdo visibili ad inuisibilē, a littera ad mysteriū,
a sensibilib⁹ ad intelligibilia, a cōpositis ad simplicia temetipm
quasi gradibus q̄busdā scalæ Iacob erige. Ita ad se p̄pinquāti
vicissim appropinquabit dñs, & si tu p̄ viribus de tua caligine
sensuūq; strepitu conaberis assurgere, occurret ille cōmode, e
luce sua inaccessibili, & silētio incogitabili, in quo nō sensuum
tantū oīs tumult⁹, sed & intelligibiliū oīm imagines cōticescūt

¶ Canon Sextus.

Et qm̄ ex tpe scribēti, aliud ex alio in mentē venit, subtexā &
sextā regulā supiorib⁹ quodā mō cognatā, tam necessariā ad
salutē vniuersis, q̄ a paucis curæ habitā. Ea est vt animus ad
Christū anhelantis a vulgi tum factis tū opinionib⁹ q̄ maxie
dissentiat, nec aliunde q̄ ab vno Christo pietatis exemplū pe-
tat. Hoc est em̄ vnicū archetypū, vnde quisquis vel vnguem
discesserit, a recto discedit, atq; extra viā currit. Proinde Plato
grauiter p̄fecto, vt plerāq; in politia sua, negat eū v̄tutē con-
stanter tueri posse, qui de turpi atq; honesto nullis certis opi-
nionibus mentē imbuerit. At quāto p̄nciosius est falsas opi-
niones de ijs quæ ad salutem ptinent, animo penitus insidere?
Quare hoc vel in primis curandū putat, vt custodes illi, quos

Esaię. 57

Mathei.
14

Exo. 15
Ioan. 7

oportet omni turpitudine vacare, & optimas opiniones de fugiendis atq; expetendis, easq; q̄ certissimas, tãq; leges quasdam sanctissimas anio insculpāt suo. Quicq; em̄ psuasione penitus inhesit anio id quisq; morib⁹ exprimit. Eoq; præcipua Christianorū cura huc intēdi deberet, vt pueri iam inde ab incunabulis, inter ipsas blādicias nutricū, & parentū oscula, inter litteratorū man⁹ psuasiones imbibāt Christo dignas, p̄pterea qd̄ nihil vel aliud insidit anio, vel heret tenacius, q̄ quod rudibus (vt inquit Fabius) annis indit. Procul, p̄cul ab auriculis infantibus amatoriae cātiuncula, quas domi forisq; cātilāt Christiani, spurciores, q̄ vnq; ethnicorū vulgus receperit. Nō audiāt accepta iactura rei/materculā eiulantē, nō amissa sorore se miserā ac destitutā clamitantē. Non audiāt patrē ignauitā opprobantē ei, qui iniuriā non cū fœnore rettulit, nō admirantē eos qui rem quocūq; mō fecerūt amplissimā. Ingeniū hoīs ad vitia p̄clue, p̄niciosum exemplū statim arripit, nō aliter, q̄ ignē vicinū naphtha. Quāq; idē hoc nulla non ætate agendū, vt oēs vulgi errores, ab ipsis vsq; radicibus ex anio reuellant, atq; in eorū locū salutare opinionē inserant, adeoq; roborētur, vt nullis rebus queāt cōuelli. Quod qui fecerit, is nullo negotio virtutē sua spōte sequet, & secus agētes miseratione, nō imitatione dignos iudicabit. Huc em̄ p̄tinet illud a Socrate non absurde dictū, quāq; ab Aristotele rephensum, vt̄tutē nihil aliud esse q̄ scientiā, fugiēdorū atq; expetēdorū. Nō qd̄ nō viderit discrimē iter cognitionē honesti atq; amorē, sed quēadmodū Demosthenes p̄nūciationē primū, secundū ac tertium in eloquētia r̄ndit esse, videlicet adeo præcipuā partē significans, vt in ea totā esse diceret, itidē Socrates agēs cū Pythagora, argumētis euincit, tantū in omni virtute momēti sciētia adferre, vt p̄ctā nō aliunde p̄ficiscant, q̄ a falsis opinionib⁹. Etem̄ & qui Christum amat, & qui voluptatē, pecuniā, honorem falsum amat, nimirū vtriq; dulce, bonū, ac pulchrū sequunt. At hī labunt inscitia, p̄ dulci amplectentes quod est acerbissimū, pro acerbis fugiētes quod est dulcissimū, item p̄ bono ac lucro sequētes qd̄ merū est detrimentū, p̄ damno timētes qd̄ vnicū

Pueri Christianorū q̄liter statim instituēdi

Induo

Comūda

Caute

Naphtha

Virtus quomō a Socrate diffinitur

Pronūciatio in oratoria pars maxima

Peccata vnde pueniāt.

Dulcedutudo vniuersi

Vulgus pessimus iudex.

Vulgus qui dicuntur

Specus Platonius

Christianorum verorum quibus pars uis sit numerus.

Vulgus Christianorum pessimum

est lucrum, id pulchrū iudicātes quod est foedū, id pudendū opinātes quod solum est glōsum. Porro si cui penitus persuasum sit, ac iam veluti cibus in animi substantiā sit traiectū, solā virtutē, optimā esse, dulcissimā, pulcherrimā, honestissimā, utilissimā, contra turpitudinē, vnicū esse malū, cruciatū, foedū, erubescendum, dānosum, atque hac nō opiniōe populari, sed ipsa natura rerū metiā. Fieri non pōt, vt ea cōstāte persuasiōe diu in malis hereat. Pessimus em̄ iam olim tum viuēdi, tum sentiendi auctor vulgus est Neque vnquē ita bene actum est cum rebus humanis, vt non pessima placuerint plurimis. Caue sic cogites, Hoc nemo non facit. His vestigijs maiores mei sunt ingressi. Hac in sententiā est ille tātus philosophus tātus theologus, Sic viuūt a magnatib⁹, Hoc regiū est institutū. Hoc & ep̄i & pōtiffices summi faciūt. Hij pfecto vulgus nō sunt. Nihil te moueant ingētia noīa. Ego vulgum nō loco sed pectore metior. Vulgus sunt, quicūq; i specu illo Platonico vincti suis affectibus inanes rerū imagines, p verissimis rebus admirant. Nōne prapostere faciat, si quis nō lapidē regulæ, sed regulā lapidi conetur applicare. Nōne multo absurdus, si quis nō hominum mores ad Christū, sed Christū ad hoīm vitā labore inflectere. Nō ideo rectum puta, quia primores, quia maxima pars hominū faciūt, sed ita demū rectū est, quod fit, si quadrat ad regulā Christi. Imo hoc ipso tibi susceptū quid esse oportet, quod plurimis placet. Pusillus grex est, & erit semper, cui cordi est Christiana simplicitas, paupertas, veritas. Pusillus est, sed bt̄us quippe cui soli debet regnū coelorum. Arcta est via virtutū, & a perpaucis calcata, sed non alia ducit ad vitā. Prudēs aedificator vtrū tandē ab vsitatissimo, an optimo ope petit exemplū. Pictores non nisi optimas tabulas sibi pponunt. Exemplum nostrū Christus est, in quo vno omnes insunt beatæ viuendi rationes. Hūc sine exceptione licebit imitari. Ceterū in pbatis viris, eatenus vnūquodq; in exēplū vocare conueniet, quatenus r̄ndebit cū archetypo Christi. De vulgo autē Christianorum sic existima, nullū vnquē fuisse corruptius, ne apud ethnicos quidē, quātum ad opiniōes de moribus attinet. Ceterū

Mathei
7

Iaco. 2. de fide, quid sentiat, viderint ipsi, Hoc certe indubitatissimum est, fidem sine moribus fide dignis, adeo nihil iuuare, vt etiā in cumulū cedat damnationis. Euolue veterū annales, & confer horum temporū mores. Quando vera probitas despectior? quando sic in pretio habitae diuitiae vndecūq; partae. Quo vnq; saeculo veri? illud Horatianū. Scilicet vxorem cū dote, fidēq; & amicos. Et gen^o & formā regina pecunia donat. Et illud eiusdē. Nam gen^o & virt^o nisi cū re vilior alga est Quis iam nō serio legit ironiam illam satyricā? O ciues, ciues, querenda pecunia primum. Virtus post nūmos? Quando luxur solutior? Quando supra, adulteria, vel latius patuerūt vel impunitiora fuere, vel minus in pbro: dum in alijs/suis vicijs indulgent principes, & quisq; speciosum factu ducit, quicquid in aulicorum mores abiit: Cui non extremū malū ac probrū videt pauperies? Olim in scortatores, in sordidos, in gliosos, in admiratores pecuniae, etiam de plaustris famosa scommata iacebant, in spectaculis gentiliū scite notatis vicijs applaudebatur a vulgo, quibus nunc a Christianorū pcerib^o male laudatis applaudit. Non tulerunt theatra Atheniensium histrionē e tragedia quapiam Erupidis saltantē verba cuiusdam auari, vnam pecuniā reliquis humanae vitae cōmodis preferentis, ac plane futurū erat vt actorem cū tota fabula exploderēt, eiicerentq; ni mox assurgēs poeta, paulisp etiā manere iussisset, ac spectare, quorsum admirator ille auri esset euasurus: Quam multa sunt apud illos exempla eorū qui e bene administrata rep. praeter honestam opinionē nihil in tenuē familiā rettulerunt, qui fidē pecunia q; pudicitia vita potiorē habuerūt: Qui neq; p̄speris rebus insolescere, neq; aduersis frāgi potuerūt: Qui honesta pericula voluptatib^o anteposuerūt: Qui sola cōsciētia recti contenti, neq; honores, neq; opes neq; reliqua fortunae cōmoda desyderabant. Et vt ne cōmemorē Photionis sanctitatē. Fabricij diuitis potiorē paupertatē, Camilli magnanimitatē. Bruti seueritatem, Pythagore pudicitia. Socratis inexpugnabilē cōtinentiā. Catonis integritatē, ac mille pulcherrima omnium virtutū decora, quae passim in Lacedemoniorū,

Fides sine operibus nihil pdest

Mores nri saeculi oim pessimi.

Alga

Froma

probru

Diuitias gentiles magis contempserunt q; Christiani

Stomma

Pecunia quāq; apud veteres sprete fuit

Erupes

Priforum am pliffima virtus deplodo cuiuslibet vatur

Quoties Roma mis maluit prius, mox: quam impudica off

Augustini laus

abstrusitas

**Christiani veri
quō cōtemptui
sunt**

De verb

**De vera nobis
litate.**

ffuno

*Quoniam nobilitas
est in christo ut
natura
Sicut Democritus
est adus hominum
tamquam Aristot videt
bat: Auctorem sup
sum extrahit: qd
fuerit nobilitas
indagarit naturam
seruata*

in Persarū, in Atheniensiu, in Romanorū annalibus leguntur
magno quidē nro pudore, diuus Aurelius Augustin⁹ vt ipse
de seipō in cōmētarijs cōfessionū suarū testat, iā multo priusq̃
Christū induceret, contēpserat pecuniā, p nihilo habebat ho-
nores, glia nō cōmouebat, voluptatibus autē vsq̃ adeo frena
negarat, vt hō adolescēs, vna muliercula contētus esset cui &
coniugij fidē seruabat. Hos anios, hęc exēpla, inter aulicos,
inter ecclīasticos, addā, & inter monachos nō temere quis in-
uenerit. Aut si qui huiusmōi extiterit, nō ilico velut asin⁹ inter
simias ostētui ac risui erit, delirus, ebes, hypocrita, rerū impitus
melācholicus, amens oīm vna voce dicef, ac ne hō quidē iudis
cabit. Sic Christiani Christi doctrinam veneramus sic expris-
mimus, vt nihil vācordius, nihil abiecius, nihil magis puden-
dū iam vulgo habeat, q̃ vere a toto pectore esse Christianū.
Quasi aut Christus frustra versatus sit in terra, aut alius sit nūc,
qui olim, Christianismus, aut nō ex æquo ptineat ad oēs. Ab
his igit volo te toto anio dissentire, & rerū oīm p̃cīa, vnus
Christi cōione metiri. Quis vulgo nō p̃clarū autumat, atq̃
inter p̃cipua bona ponendū, claris maiorib⁹ p̃gnatū esse: id
quod nobilitatē nomināt. Nihil te moueat, quum audis huius
sæculi prudētes viros graues, summaq̃ autoritate p̃ditos
ad modū serio de stemmatū gradibus, adductis supcilijs, tanq̃
de re vehemēter ardua differentes & magno conatu magnas
nugas effutiētes, quū vides alios sic auorū at auorū imaginib⁹
tumētes, vt reliquos p̃ se vix hoies esse iudicēt. Sed horum
errorē Democritico risu p̃sequēs, id qd' res est reputa, vnicā
ac summā esse nobilitatē, in Christo renatū esse, illi⁹ insitū esse
corpori vnū corpus & vnū sp̃m fieri cum deo, Sint alij regum
filij, tibi maximū sit, quod & es & diceris filius dei, illi sibi plas-
ceat, qd' in aulis principū versent, tu elige cū David abiectus
esse in domo dei. Attende quos elegerit Christus, infirmos,
stultos, ignobiles secundū mundū. In Adam oīes ignobiles
nascimur, in Christo oēs vnū sumus. Vera nobilitas est inanē
contēnere nobilitatē. Vera nobilitas est, seruum esse Christi.
Hos tibi maiores esse puta, quorum virtutes æmularis. Audi

Ro. 12.
Ps. 83.
I. corin.
1.

quid in euāgelio dixerit optimus aestimator nobilitatis ad Iudeos, qui se iactabāt de generis authore Abrahamā. Quali vero authore. Non tantū illustri, non solum opulento, non modo victore regū, sed ob diuinas virtutes diuinis ornato p̄conijs?

Ioan. 8. Quis istud non insigne, non gl̄ia dignū existimet? Audi quid audierint. Vos ex patre diabolo estis. Et opa patris vestri facitis. En tibi Paulus & ipse ad magistri regulā generositatem estimās. Nō em̄ (inqt) oēs qui ex circūcisiōe sunt Israel, hī sūt Israelitæ, neq; qui secundū semen sunt Abrahamæ, oēs filij. Pusdenda ignobilitas seruire turpidini, cū Christo nullam habere cognitionē, qui non agnoscit, nisi qui faciūt voluntatē patris sui qui in coelis est. Turpiter spurius est, qui patrem habet diabolu, habet autē, qui illi⁹ opera facit, nisi mētū est christus, sed nō nouit mentiri veritas. Suprema generositas est & filiū, & heredē esse dei, fratrē autē & coheredē esse Christi. Illorū insignia, qd sibi velint, ipsi viderint. Christianorū insignia sunt cōmunia quidem om̄ibus, sed tamē illustrissima, crux, corona spinea, clauī lancea, stigmata dñi, quæ Paulus in corpore suo se gestare gl̄iat. De nobilitate itaq; vides quāto alia te sentire velim q̄ vulgus opinat. Eum q̄o qui plurimū auri domi cōgessit, quis nō vulgo beatū diuitē ac foelicē vocat? Tu sat btm̄ imo solum beatū iudica qui Christū, qui summū bonū possidet. Qui p̄ciosam illā margaritā bonæ mentis vel rerū oīm, vel corporis etiā dispēdio mercatus est. Qui thesaurū inuenit sapiētia, cunctis opibus p̄ciosioris Qui a Christo ditissimo aurum emit ignitum, p̄batū, vt locuples fiat. Quid igitur sunt ista, quæ multitudo mirat̄ aurū, gemmæ, prædia? Falso noie diuitiæ, vero spinæ, quæ semen diuini verbi suffocāt, iuxta parabolā euāgelicā, sarcinæ sunt, quibus onusti, nec p̄nt per persactam viā Christū nudū sequi, nec p̄ hostiū humile intrare in regnū celorū. Ne pilo quidem temetip̄m meliorē puta, si vel Midas v̄ Croeses opibus vincas sed alligatiorē, impeditiorē, onustiorē. Abunde sat habet qui ista fortiter p̄t contēnere Satis p̄spectum est ei, cui nihil defuturū p̄misit Christus. Nō esuriet, cui sapit māna verbi diuini; Nō erit nudus, q̄ Christū

Insignia Christianorum

*Ego enim signata
domini vultu in cor
pore meo habeo Id
est mortificatio carnis
meae*

Vera diuitia

*Sicutes non sunt
beati*

*Ignitum aurum est
fidei: aurum p̄t
vitalitatem spiritus
Dauid diuites*

Midas

H

Ro. 12.
1. 83.
corin.



Damnū & lucrum
Christiana
norm.

Vera voluptas

Augustinus



februarius

Attago

Agatho amor

*Amor in infamia
illa adoleſcentium
in puellis*

Verus amor qd

Amperius

Opere

induit. Hoc solū damnū existima, quotiens aliquid de pietate
decessit, & vicij accreuit. Ingens lucrū puta, quū mens accessi-
fione virtutis facta est melior. Nihil tibi deesse puta, si eū possi-
des, in q̄ sunt oīa. Quid aut̄ hoc est, quod miseri voluptatē no-
mināt? Profecto nihil min⁹, q̄ quod dicit, Quid igit̄? Mera
infamia est, & plane / quod Græci dicere solent / Aiācis risus,
dulce venenū, blāda p̄nicies. Vera & vnica voluptas, gaudiū
est puræ cōsciētīæ. Lautissimæ epulæ sunt studiū sanctarū scri-
pturarū, iucūdiſsimæ cantilenæ, psalmi spū sancti, festiuissima
societas, cōio sanctorū oīm. Summæ deliciæ, fructio veri. Tu
modo purga oculos, purga aures, purga palatum, & incipiet
tibi dulcescere Christus. Quo vere gustato, etiā si Milesij, Sy-
baritæ, Azoti, Epicurei, breuiter vniuersi voluptatum archi-
tecti, oēs suas illecebras in vnū conferant, præ vno illo nausea
videbūt. Nō id ptin⁹ dulce est quod sapit, sed quod sano sapit
Si febricenti aqua vinū sapit, nemo istud voluptatē noīat, sed
morbū. Erras, si non credis pijs hominibus longe iucūdiore
esse suas lachrymas, q̄ impijs, risus cachinnos, iocosq̄ suos,
Non his dulcius esse ieiuniū, q̄ illis attagines, phalides aues,
perdices, acipenseris, aut Rhombos suos, Horū frugales mē-
sulas holuschis & leguminib⁹ Pythagoric instructas, nō lōge
lautiores esse, q̄ istorum sumptuosa fastidia. Deniq̄ vera vo-
luptas est, amore Christi, falsis delicijs non sollicitari. Iā amo-
ris & odij vocabulis, vide q̄ mundus abutatur. Quum ado-
lescens infanus puellam deperit, id vulgus amorem appellat,
quum nullum verius sit odiū. Verus amor vel suo dispendio
cōmodis alienis cōsulere caput. Ille quo nisi ad suā voluptatē
spectat? Igit̄ nō illā, sed semetip̄m amat, quāq̄ ne se qdē amat.
Nō em̄ aliū amare p̄t nisi se pri⁹ amarit, s̄ recte. Nemo quēq̄
odisse potest, nisi se prius oderit. Verū bene amare, nōnunq̄
bene odisse est, & recte odisse, amasse est. Ergo qui ob tantillū
cōmodum (vt putat) suū, puellæ blandicijs / muneribus / tēdit
insidias, vt illi quod habet optimū eripiat, integritatē, pudorē,
simplicitatē, bonā mentē, famā, vtrum hic odisse an amare tibi
videtur? Profecto nullū hoc odio / odium atrocius. Quom

Inepti parētes liberorū vicīis indulgēt vulgo aiūt, q̄ tenere hñ
 suos amāt filios: Imo q̄ crudeliter oderūt: qui dū suis morē
 gerunt affectibus, liberorū salutē habēt neglectū. Quid aliud
 nobis præcat, hostis inuidissimus diabolus, q̄ vt hic impune
 peccātes in æternū incurram⁹ suppliciu⁹: Lenem magistrū, &
 misericordē principē vocāt, qui scelerib⁹ q̄busdā vel cōiuet,
 vel etiā fauet, vt hoc peccent licētius, quo impunitus. At quid
 aliud mināt p̄ pphetā dñs ihs, quos sua misericordia putat in-
 dignos: Et nō visitabo inquit sup filias vestras qñ fornicant,
 & super nurus vestras, quando adulterātur, Dauid x̄o quid
 p̄misit: Visitabo inquit in virga iniquitates eorū, & in verber-
 ribus peccata eorū. Misericordiā autē meā non dispergā ab eis.
 Vides vt in Christo mouent oīa, & rerū vocabula p̄mutent.

Osee. 4

Ps. 88.

Qui seipm male amat, is capitaliter odit. Qui in sese male mise-
 ricors est, is crudelissime fauit. Bene curare, negligere est. Bñ
 ledere, p̄desse est. Bene p̄dere, seruare est. Ipse tibi curæ eris,
 si carnis desyderia contempseris. Si bene faueris in vicia, ho-
 minē bñficio iuueris. Si peccatorē occideris, hoīem seruaueris.
 Si pdideris quod fecit hō, restitueris quod fecit deus. Age x̄o
 iam potentiā & imbecillitatē, fortitudinē & ignauitā quid esse
 putet error popularis: Nōne potentē nomināt eum, qui quē
 velit facile queat ledere: Quāq̄ odiosa nimitū potētia est, no-
 cere posse, id quod est istis, cum chantaridibus & scorpīs, atq̄
 ipso adeo diabolo cōmune, videlicet dare malum. Solus deus
 vere potēs est, qui nocere, nec potest, si velit, nec vult si possit,
 quippe cuius natura est benefacere. Sed potēs iste quomodo
 tandē ledet hominē: Eripiet pecuniā, pulsabit corpus, adimet
 vitam: Si pio hominī id facit, beneficium pro maleficio dedit,
 si improbo, hic occasionē quidē administrat, sed ille ip̄e sibi
 nocuit. Nemo enim nisi a seipso ledit. Nemo alium parat le-
dere nisi longe grauius ipse sese ledat prius. Damnū pecuniæ
mihī dare paras, iam tu charitate amissa damnū grauiissimū tibi
in si dedisti. Nō potes mihī vulnus infligere, quin ipse pri⁹ vul-
nus multo atrocius acceperis. Nō adimes mihī vitā corporis,
nisi tute tibi prius animā iugularis. At Paulus ad inferendam

H ij

*Indulgentia parva
 tunc non est aut
 erga filios suos*

*Romulo
 Qui scribitur no-
 mitit no est loms*

*Disputat in scriptura
 p̄ta. castigant signi-
 ferat*

Vera potentia.

Leditur nemo
 nisi a se ipso.

Vera fortitudo iniuriā imbecillis, ad ferendā validissimus, nōne gloriatur sese Philipe. 4
in Christo posse omnia: Fortē & animosum vulgo nomināt eū, qui ferox & impotētis animi ad cōtūuis leuē iniuriā effer-

uescit iracūdia, & cōuiciū cōuicio, maleficiū maleficio retaliat. Cōtra qui acceptā iniuriā mussitat ac dissimulat, hunc ignauū, pusillanimē, instrennuū appellitāt. Imo quid alienius a magnitudine animi, cōverbulo dimoueri a statu mētis, & adeo alienā stulticiā non posse cōtemnere, vt hoīem te non putes esse, nisi maleficiū maleficio superaris? At quāto fortius, anio excelso & amplo nullā iniuriā nō posse negligere, insup & p maleficio bñficiū reddere? Nō ego fortē dixerim qui in hostē audeat, q moenia superet, qui vita cōtempta omnibus periculis obijciat caput, id qd' est pene gladiatorib⁹ omnib⁹ cōmune, at animū qui possit vincere, qui ex anio bene velle male volētib⁹, bene mereri de male merētibus, bñ p̄cari male p̄cantib⁹, huic deniq; debet cognomē fortis atq; magnanimi. Excutiamus & illud, quid mūdus gloriā, ignominiā ac pudorē nominet. Lau-

Vera gloria

daris ob quid? & a quib⁹? Si ob turpia, & a turpib⁹, ista vero falsa est glia, & vera ignominia. Vituperaris, rideris, qua grā, & a quib⁹? Ob pietatē, ob innocentia, vtiq; a malis, nō ista est ignominia, sed nulla verior glia. Esto sane, vel vniuersus mūs-
Explodo

Vera prudētia

dentia vulgo vocāt, rem parare strennue, partā pbe cōstabilire, & porro in posterum p̄spicere. Sic em̄ passim & serio loquētes audimus frugi hō est, catus, cordat⁹, cōsultus, puidus, de ijs qui breui rem faciūt lauciorē. Hoc mūdus qui & mēdax est ipse, & pater eius. At quid dicit veritas? Stulte inquit, hac nocte repetēt a te animā tuā? Expleuerat horrea messibus, instruxerat cōmeatu oēs apothecas, abunde multum pecuniæ domi cōdiderat, nihil restare putabat, nō (qd' fere faciūt) vt cōgestis opibus inops custos incubaret, quēadmodū draconem vellus aureū seruasse poetæ fabulant, sed vti partis fruerēt, & m̄ hūc stultū appellat euāgelii. Quid em̄ stulti⁹, qd' vecordi⁹,

*Lat⁹
Rondat⁹
frugi qd' est
Rōmē atq;*

Ioan. 8.
Luc. 12

Esai
Ro.

Quod vmbri inhiatē, res veras amittere, id quod solem in cane illo
 Esopico ridere. Et in Christianorū morib⁹ nō magis ridēdū
 est, vel hendū potius. Incallid⁹ mercator habeat, quē Comiciū
 illud fugerit. Pecuniā in loco negligere, maximū interdū est lū
 crū, qui p̄sens lucellū admittat, quod nō ignoret ingens dispēdiū
 cōsecuturū. Quāro incōsultius, huic vmbaticæ vitæ, omnib⁹
 horis nutāti tāta sollicitudine p̄spicere, quod tū fuerat suppedi
 tandū a deo, & in futurā vitā nihil cōsulere quā semp̄ calamit
 tosiſsimā exigamus oportet, nisi fuerit ingēti cura p̄spectum⁹.
 Aliū errorē accipe. Solertē & rerū peritū vocāt, q̄ rumuscū
 los oēs captās, nouit toto quid fiat in orbe. Quæ fortuna mer
 catuū, quid Britannorū tyrānus moliat, quid noua tū Romæ
 quod ortū in Gallijs, quomō Daci victitēt & Scythæ. Quid cō
 sultent principes. Breuiter qui omni de negotio apud gen⁹ ho
 minū garrire calleat, eū aiūt sapere. Quid aut̄ incogitātius, quod
 incitius, quod quæ p̄cul fiāt ad te nihil attinent, ea vestigare, quæ
 x̄o in tuo pectore gerant, & vel sola ad te prinēt, de his ne cog
 gitare quidē. Narras mihi tumultus Britānicos, narra magis
 quid in tuo pectore tumultuentur ira, inuidia, libido, ambitio.
 Quā p̄pe iam istæ sub iugū missæ sint. Quæ spes victoriæ.
 Quāta belli pars p̄fligata. Quā instructa ratio. In his si vigi
 lans, si aurit⁹ pariter & oculat⁹, si sagax, si circūspectus fueris,
 solertē te p̄nūciabo. Atq̄ illud quod in nos mūdus solet iacere,
 in ip̄m retorq̄bo. Neq̄quid sapit, qui sibi nihil sapit. Ad hunc
 modū si oēs mortaliū curas gaudia, spes met⁹, studia, sentētijs
 excusseris, inuenies plena erroris oīa. Dū bonū dicūt malū, &
 malū bonū, dū dulce faciūt amarū, amarū dulce, lucē faciūt tes
 nebras, & tenebras lucē. Et hæc quidē hoīm multo maxima
 turba est. Verū oportet hos simul & cōtemnere, ne similis il
 lorū esse velis, & miserescere, vt eos tui similes fieri cupias, atq̄
 (vt Augustini verbis vtar) tum flere cōuenit irridendos, tum
 irridere flendos. Noli in malis cōformari huic sæculo, sed res
 formare in nouitate sensus tui, vt p̄bes, nō quæ mirent hoīes,
 sed q̄ sit volūtas dei, bona, & bñplacēs, & p̄fecta. Periclō p̄xi
 mus es, planeq̄ labascis, si circūspectare cœperis, quid agant.

Mercator bo
nus pecuniā in
loco negligit.

Solertia vera
Nouitatum fas
migeratores.

Nequicq̄ sapit
qui sibi nil sapit

Flere Irridens
dos. Irridere
flendos

labas

H iij

hilipe.

man. 8.
uc. 12

Esaie. 5

Ro. 12.



plerique, si captare, qd sentiāt. Tu vitæ ac lucj fili⁹, sepeliāt sine, **Ioan 12**
 mortui mortuos suos, cæci cæcorū duces sil' in foueā abeant, **Math, 8**
 Caue quoq; ab exēplari tuo Christo cordis oclōs dimoueas, **Mat. 5 1**
 Nō errabis, vītatis ductū sequēs. Non impinges in tenebris,
 post lumē ambulās. Hoc p̄lucēte, si fucata bona a veris, si vera
 mala a falsis secreueris, horrebis, nō imitaberis cæcitatē multi-
 tudinis, ad inanissima rerū ludibria, vicib⁹ q̄busdā affectiōnū,
 iræ, inuidiæ, amoris odij, spei, met⁹, gaudiij, doloris, quouis Eu-
 ripo iquieti⁹ æstuātis. Bragmani, Cynici, Stoici, mordic⁹ sua
 dogmata tueri solēt, & reclamāte mūdo explodētib⁹, exhibilās
 tibus om̄ibus, tamē vrgent ptinaces, qd' sibi semel psuaserunt.
 Aude & tu sectæ tuæ decreta penitus in animo figere, aude
 securus ac totus in authoris tui sententiā pedibus discedere.

*furoribus parv
 maribus septis die
 ac nocte prodigiosa
 quadam rēpuitatē
 vltimorū dñi
 p̄vōrū dñi
 p̄vōrū dñi*

**Philosophi sec-
 tas suas fortius
 tuent q̄ Chri-
 stiani suam.**

*Paradoxa dicuntur
 q̄ sunt p̄vōrū dñi
 vltimorū dñi*

¶ **Opiniones Christiano dignæ.**

**Sup hoc vide
 omeliā sup euā-
 gelio hō quidā
 erat diues q̄ ha-
 bebat Villicum
 Luce. 16. Item
 Augustinū li. 1.
 de ciuitate, cap.
 nono *Impendo***

**Vicia odio ha-
 bēda nō hoies.**

Turca

**Cōia Christiā-
 norū om̄ia esse
 debent**

Hæc semp apud te cōstent veri Christianismi paradoxa. Vti
 ne quis Christian⁹, se sibi natū esse putet, neq; sibi velit viuere.
 Sed quicquid habet, aut est, id omne nō sibi tribuat, sed deo au-
 thori ferat acceptum, oīa sua bona oībus existimet esse cōia.
 Proprietatē Christiana charitas nō nouit. Pios amet i christo,
 impios p̄pter Christū, q̄ nos adhuc inimicos sic dilexit prior
 vt se totū nobis redimēdis impēderit. Illos cōplectat, qd' boni
 sint, hos nihilomin⁹, vt bonos reddāt. Neminē prorsus homi-
 nem oderit, nō vtiq; magis, q̄ fidelis medicus odit egrotū, vi-
 cijs tm̄ sit inimicus. Quo grauior est morb⁹, eo maiorē curā
 adhibebit pura charitas. Adulter est, sacrilegus est. Turca est,
 excreat adulterū nō hominē, sacrilegū aspernet, nō hominē.
 Turcā occidat nō hoīem. Det opam, vt impi⁹ pereat, quē ipse
 se fecit, sed vt seruat hō, quē fecit de⁹. Om̄ib⁹ ex anio bñ velit,
 bñ p̄cet, bñ faciat. Neq; noceat cōmeritis, & psit imerentibus.
 Omniū cōmodis pinde vt suis aggratulet. Omniū incōmo-
 dis, nō secus q̄ suis indoleat. Nimirū hoc est qd' iubet apl⁹,
 flere cū flentib⁹, gaudere cū gaudētib⁹. Imo graui⁹ alienū ma-
 lum ferat q̄ suū. De fraterno bono letior sit q̄ de pprio. Non
 est Christiani sic cogitare. Quid mihi rei cū isto? Alb⁹ aterue
 sit nescio, ignotus est, alien⁹ est, nihil vnq; bene de me meritis

23. q. 4
 .c. Duo
 ista noīa

Ro. 12

est. Lesit aliquñ, nūc p̄fuit. Nihil horū, tantū meminēris, quō merito tibi, quæ præstiterit Christus, qui suā in te bñficiā, non in se sed in proximo voluit retaliari. Tantū vide, quibus egeat ille, & quid tu possis. Tantū tu hoc cogita, confrater est in dño, coheres in Christo, eiusdem corporis mēbrū, eodem redemptus sanguine, fidei cōmunis socius, ad eandē gratiā & foelicitatē futuræ vitæ vocat⁹. Quēadmodū dixit ap̄lus. Vnū corpus, & vnus spūs, sicuti vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus dñs, & vna fides. Vnū baptisma, vnus deus, & pater omniū, qui sup̄ oēs, & p̄ oīa, & in omnib⁹ nobis. Alien⁹ esse q̄ pōt, qui cū tibi, tā multiplex intercedit vnitatis copula? Apud gētiles momēti nō nihil adferant, vel ad beneuolentiā, vel ad maleuolentiā illę rhetorū circūstantiæ. Cōciuis est, affinis est, cognatus est, aut cōtra. Familiaris, amicus, patern⁹, benemeritus, gratus, honesto loco natus, opulentus, aut secus. In Christo aut nihil sunt, aut iuxta Paulum/vnū & idem sunt hæc omnia. Hoc vnū tibi obseruet ob oculos, & satis sit. Caro mea est, confrater est in Christo. Qd̄ in membrū cōfert, nō ne in vniuersum corpus redundat, atq; inde ī caput? Omnes sumus inuicē mēbra, Membra coherētia, constituūt corpus. Corporis caput Iesus Christus, Christi caput deus. Tibi fit, singulis fit, Christo fit, deo fit, quicquid vni cuiuslibet mēbro fit seu bene, seu male Hæc oīa vnū sunt Deus, Christus, corpus, & mēbra. Nō recte inter Christianos locū habet illud, Pares cū paribus, & illud. Dissimilitudo mater odij. Quorsum em̄ dissensionum vocabula, vbi tanta est vnitas? Nō sapit Christianismum, quod vulgo aulicus oppidano, rusticus urbano, patricius plebeio, magistratus priuato, diues pauperi, clarus obscuro, potens imbecilli, Italus Germano, Gallus Britanno, Britanus Scoto, Grammaticus Theologo, grammatico dialecticus, Iurisperito medico, doctus idiotæ, Eloquens infacundo, Celebs marito, Iuuenis seni, clericus prophano, sacerdos monacho, Minor coletæ, Carmelita Iacobitæ, & ne omnia discrimina referam, nugatoria in re dissimilis dissimilis est iniquior. Vbi charitas, quæ & hostem diligit

Vnū qliter oēs
sumus in dño

*Omnia q̄ in corpore
habent ad unitatem
pariter sunt in dño*

Odia hominū
& contrarietas
ex nihili rebus.

pan 12
Math, 8
Mat. 51

Ro. 12.
et Gal. 3

3. q. 4
Duo
ta noia

e. 12

quādo cognomē cōmutatū, qñ color vestis nōnihil diuersus,
qñ cingulus, aut calceus, & similia deliramēta hoīm me tibi fa-
ciūt inuisum? Quin potius pueriles istas nugas mittimus, &
illud quod ad rem p̄tinet p̄ oculis habere cōsuescimus, qđ
multis locis inculcat Paulus, oēs nos in Christo capite vnus
esse corporis membra, eodem animata spiritu, si tamen in illo
viuimus, vt neq; foelicioꝝ membris inuideamus, & imbe-
cillioribus libēter subueniamus. Vt intelligam⁹ nos ipsos ac-
cepisse bñficiū cū bñficiū p̄stitimus p̄ximo, nos lesos, quū
nocitū est fratri. Neq; quisq; p̄prie sibi studeat, sed p̄ sua virili
quisq; quod accepit a deo in cōmune cōferat, vt illo refluāt oīa
vnde fluxerūt, puta capite. Hoc videlicet est, qđ Paulus scri-
bit Corinthijs. Sicut em̄ inquiring corpus vnum est, & mēbra
habet multa. Om̄ia autē membra corporis quū sint multa vnū
tamē corpus sunt, & ita Christus. Eteim̄ in vno spū oīes nos
in vnū corpus baptizati sumus, siue Iudei, siue gentiles, siue
serui, siue liberi, & oēs in vno spū potati sumus. Nā & corpus
nō est vnū membrū, sed multa. Si dixerit pes, qm̄ nō sum ma-
nus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si
dixerit auris qm̄ nō sum oculus non sum de corpore, nū ideo
non est de corpore? Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si
totū auditus, vbi odorat⁹? Nunc autē posuit deus mēbra, vnū
quodq; eorū in corpore, sicut voluit. Quod si essent oīa vnū
membrū, vbi corpus? Nunc autē multa quidem mēbra, vnū
autē corpus. Non potest autē oculus dicere manui, opa tua nō
indigeo, aut iterū caput pedibus, non estis mihi necessarij. Sed
multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse
necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora esse membra
corporis, his honorem abundantiorē circūdamus. Et quæ in
honestasunt nostra, abundantiorē honestatem habent. Ho-
nesta autē vestra nullius egent. Sed deus temperauit corpus,
ei cui deerat abundantiorē tribuendo honorem, vt non sit
scisma in corpore, sed in id ipsum pro inuicem sollicita sint mē-
bra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro,
Consimilia scribit Romanis. Sicut enim inquit in vno cor-

Ephe. 4

I. corin. 12

**Membrorum
varia officia**

**Membra infir-
miora necessa-
riora sunt**

*Scisma appellamus
in vltima diuisione*

Ro. 12. pore multa membra habemus, omnia autē mēbra non eundē actum habēt, ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autē alter alterius mēbra, habentes donatiōes secundū gratiā, quæ data est nobis differētes. Rursum ad Ephesios. Veritatē autē inquit facientes in charitate crescamus in illo p̄ oīa, qui est

Ephe. 4 caput Christus, ex quo totū corpus cōpactum & connexum p̄ omnē iuncturā subministratiōis, secundū operationē in mēsurā vniuscuiusq; mēbri, augmentū corporis facit, in edificatiōe sui in charitate. Et alibi iubet inuicē alios aliorum onera gestare, qm̄ sumus inuicē mēbra. Vide igit, num ad hoc corpus ptineāt, quos passim audis ad hūc modū loquentes. Mea

Gall. 6. res mihi hereditate obuenit, iure non fraude possideo. Quir ea nō meo arbitratu vtar, atq; abutar. Quir ijs, q̄c̄q; dem̄ ide, quib⁹ nihil debeo. Profundo, perdo, Meū est, qd' perit, aliorū nihil interest, Membrū tuū ringit inedia, & tu ructas perdicū

carnes. Frater nudus horret, tibi tantū vestiū tineis & carie vicciatur. Tibi mille aureos vnus noctis alea pdidit, dū interim

miserā quæpiam puella, adigēte egestate pudicitia suā p̄stituit, & perit anima, p̄ qua Christus impedit animā suam. Tu dicis quid mea? Quod meū est pro meo arbitrio tracto. Et postea isto cū animo tibi videris Christianus, qui ne hō quidem sis?

Audis in cætu multorū ledi famā huius atq; illius, tu taces aut forte arrides obtrectanti. Cōfutassem inquis, si quid ad me p̄tinuissent quæ dicebant, At nihil mihi cū illo q̄ ledebat. Ergo nihil tibi cū corpore, si nihil cum mēbro. Ne cum capite quidē aliquid, si nihil cū corpore. Vim vi (inquit) ius est repellere, nihil moror, quid leges imperatoriæ pmittant, hoc demiror vnde iste voces in mores Christianorū puenerūt. Nocui, sed

laccessitus. Malui dare malum, q̄ in me admittere. Esto nō pu

niunt leges humanæ, quod indulserunt. At quid facturus est Christus imperator tuus, si suæ legi fraudē feceris, quæ extat apud Matheū? Ego autē dico vobis nō resistere malo, sed si qs te pcusserit in dextrā maxillā tuā, p̄be illi & alterā, & ei qui vult tecum in iudicio contēdere, & tunicā tuā tollere, dimitte ei & palliū. Et quicūq; te angariauerit mille passus, vale cū illo

Mat. 5.

Mat. 5. I

Abusus bonorum.

Ringit

q̄c̄q;

Ludus.

Obtrectatoribus aurē dātes.

Vim vi repellere audeat Christianis

Inimici diligēdi

Relatum

Paulus legum
consultus

Iniuriā pati q̄
facere cristiano
conuenit

*In ista illud q̄
liberis respondet
ad istum q̄
dum ueritat*

Christianismi
decretum,

*In ista illud dicitur
q̄ orationis di
uinitas uobis debi
ta uosua*

& alia duo. Diligite inimicos vestros. Et benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniatibus vos, ut sitis filij patris vestri qui in coelis est qui solem suū oriri facit super bonos & malos & pluit super iustos & iniustos. Respondens, non mihi ista dixit. Dixit aplis, dixit persecutis. Nonne audisti, ut filij patris vestri sitis? Si filius dei non cupis esse, nihil ad te pertinet lex. Quāq̄ ne bonus quidem est, qui perfectus esse nolit. Accipe & illud si mercedem nō desideras, nihil ad te mandatum, sequitur enim. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Quasi dicat nullam. Neq̄ em istud facere virtus est, sed non facere scelus est. Neutri debetur quicq̄, quum par relatum est pari. Audi Paulum magnum Christianarum legum / & consultum / & interpretē. Benedicite persequentib⁹ vos. Benedicite / & nolite maledicere. Nulli malum pro malo reddentes. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locū iræ. Scriptū est enim, mihi vindicta, & ego tribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci a malo, sed vince in bono malum. Quid igitur futurum est inquis, si procacitatem alienam mea lenitate auero & veterem ferendo iniuriam, inuito nouam? Si potes malum sine tuo malo vel effugere, vel depellere, nemo te vetat facere, sin minus caute dixeris, facere satius est q̄ pati. Si potes, emenda, vel beneficijs obruens, vel mansuetudine vincens. Sin aliter, prestat alterum perire, q̄ vtrunq̄, prestat te patientiæ lucro ditescere, q̄ mutua taliōe mali malos ambos fieri. Ergo Christianum decretum sit, cum omnibus amore, mansuetudine, bñficio, certare, cōtentiōe, odio, obtreccatione, contumelia, iniuria, vel infimis etiam libenter cedere. Sed indignus est, cui benefiat, cui concedatur, at dignum te, ut facias, dignus Christus, ad cuius gratiam sit. Neq̄ ledere quenq̄ volo (aiunt); neq̄ ledi me patiar. Imo tu lesus ex animo remitte noxam, cauens ne quid sit, quod quisq̄ tibi remittat. Tam ob

Luce. 6

Ro. 12

Deutro no. 32

Eccle. 3 seruans esto, in vitanda culpa tua, q̄ facilis ad remittendam ali-
enā, Quo maior es, hoc te magis magisq̄ summittas, vt om-
nib⁹ in charitate inseruias. Si claro genere es, nō obscurabunt
sed decorabunt nobilitatem generis, mores Christo digni.
Luc. 12 Si doctus es, hoc modestius imperitorum incitiam feras &
emendes. Hoc fratri plus debes, quo plus tibi creditum est.
Diues es, memineris dispensatorem esse te non dominum, ac
sollicitus viue, quomodo rem communem tractes. Tu cre-
debas solis monachis interdīctam esse proprietatem? Indi-
ctam paupertatem? Errasti, vtrunq̄ ad omnes Christianos
pertinet. Lex punit, si quid alieni sustuleris, non punit, si tuum
fratre egente subtraxeris. At vtrunq̄ punit Christus. Si ma-
gistratus es, ne te faciat honor ferociorem, sed onus sollicitio-
rem. Non gero inquis munus ecclesiasticum, nō sum pastor
aut episcopus. Demus istud, at num etiam Christianus non
es? Ipse videris cuias sis, si ecclesiasticus non es. Adeo Chri-
stus in contemptum venit mundo, vt pulchrum existiment
& regium, nihil cum eo habere commercij, hoc quemq̄ con-
temptiorem esse, quo fuerit illi copulator. An nō audis quo-
tidie ab iratis laicis, atrocis conuicij loco nobis in os iaci, Cle-
rici, sacerdotis, & monachi vocabula? idq̄ prorsus non alio
animo ac voce, q̄ si incestum aut sacrilegium exprobarent?
Equidem miror, quur non etiam baptismum obijciunt, quur
non etiam cum Saracenis Christi cognomen probri vice im-
pingant. Si malum clericum, aut indignum sacerdotem dice-
rent, aut monachum religiosum, ferendi erant, quippe qui
mores hominum notarent, non virtutis professionem cōtem-
nerent. Sed qui sibi supra virginum, res bello raptas, pecu-
niam, alea vel partam vel perditam, & id genus plurima fa-
cinora gloriæ ducunt, in alium vero nihil habent cōtemptius,
aut probrosius, aut magis pudendum, quod obiectent, q̄ mo-
nachi aut sacerdotis vocabulum, nimirum obscurum non est.
quid de Christo sentient isti, solo nomine Christiani. Non
est alius Episcoporum, alius magistratuum ciuiliū dominus.
Eiusdem vices gerunt vtriq̄, Eidem vtriq̄ reddenda eris

*quicquid alius asserit
 vobis eo profuerit
 rades: si modo non
 respondet offitio*

*Christus ipsis
 etiā Christianis
 contemptui est*

*Monachi ac sa-
 cerdotis voca-
 bula quō a laicis
 rident*

Probrum

*nō gr
 620*

*Quia bona spiritalia sunt emunt sunt vendunt Simoniaci vocantur: quod simon
quidam Apostolorum temporibus venalem putant spiritum sanctum, petrum
donis agere dicitur: et tentavit pueri potestatem: per quam plura lu-
crantur: et sacri legum forma per omnia officia gradibus discernit plura experientis per
rationem: et per simoniam et tentationem*

**Simoniam in vtro
que foro comitatur.**

*per se
faciat videtur petrus
simoniam potestatem
ab vrbis*

**Magistratus qua-
liter se tenere
debeant.**

**Magistratu in-
dignus qui libe-
ter gerit magis-
tratum.**

dissona

**Principes ac re-
gentes qualiter
se debent regere**

velis quod ius est

**Animaduertat
hoc principes.**

peculator

ratio. Si alio quam ad illum respicis, vel suscipies magistratum vel ge-
rens, nihil refert, si te mundus non vocat symoniacum ille certe ut
symoniacum puniet. Si publicum munus ambis, non ut prodis in com-
mune, sed ut priuatim rei tuae consulas, ut vlciscaris, quibus male-
vis, magistratus tuus latrocinium est apud deum. Insequeris praedones,
non uti suum recipiat, qui spoliatus est, sed ne non sit apud
te, quod apud praedones est. Quatum queso inter te & illos in-
terest: nisi forte, quod illi quidem mercatorum, tu praedonum es
praedo. In summa nisi hoc animo geris magistratum, ut paratus
sis non dicam rei, sed & capitis iactura quod iustum est tueri, non ap-
probabit Christus administrationem tuam. Addam & illud ex
Platonis sententia, neminem esse magistratu dignum, qui libenter
gerit magistratum. Si princeps, caue ne te incantent maleficae ille
assentatorum voces. Dominus es, supra legem es, liber es, Omnia tibi
iusta, omnia honesta. Tibi licet, quicquid libet. Nihil ad te, quae
vulgo dicuntur a sacerdotibus. Imo tu id quod res est existima,
vnum omnium esse dominum Christum Iesum, cuius te quam simillimum esse
oportet, quippe cuius vices geris. Huius disciplina nulli praes-
tanda exactius quam tibi a quo seuerius rationem est exacturus, quam
alijs. Non pertinens ius esse putato, quod vis, sed id tantum velis,
quod ius est. Quod vili mortaliu turpe futurum erat, id ne tibi
quidem putaris honestum. Imo ne illa quidem tibi permitte, quae vulgo
solent condonari. Quod in alijs delictum, in te flagitium fore puta-
Honorem, admirationem, dignitatem, gratiam, auctoritatem, non opes
tibi concilient plebeis maiores, sed mores emereant, popularibus
meliores. Non ea discat in te mirari vulgus, quibus illa ipsa
facinora inuitant, in quibus tu quotidie animaduertis. Tolle ad-
mirationem diuitiarum, ubi fures, peculatores, sacrilegi, praedones.
Tolle admirationem voluptatum, ubi raptores atque adulteri.
Quoties splendidior apud tuos videri vis, ne stultorum oculis
opes tuas explices, quam foelicior, ne luxum & voluptates osten-
tes. In te primum discant ista contemnere, discant suspicere virtutem,
in pretio habere fragilitatem, applaudere temperantiam, honorem
habere modestiam. Ne quid eorum tuis in moribus appareat,
quae tui fasces in populi moribus puniunt. Optime recideris ma-
falsas

*monit de
tentatione
domini in
actibus ante
apostolorum
capitulum 8.*

leficia, si materiam maleficiorum, diuitias & voluptates / in te
 non viderint magni fieri. Ne quem vel media de plebe præ te
 contempseris. Cōmune ex æquo precium est, quo vtrique estis
redempti. A contemptu te nō strepitus ambitionis, nō fero-
 citas, non arma atq; satellites vendicent, sed vitæ integritas,
 seueritas, ac mores ab omnibus populi vicijis icorrupti. Nihil
 prohibet, in obeundo principatu summum tenere locum, &
 in charitate nullum discernere locum. Hoc principatum esse
 puta, non opibus præcedere, sed q̄ plurimū omnibus pdesse.
 Non ea quæ publica sunt in tuum cōmodum verte, sed quæ
 tua sunt, teq; ipsum totum, ad publicam vtilitatem effunde.
 Multa tibi debet populus, at tu illi debes omnia. Ambitiosa no-
 mina, inuicti, sacrosancti, maiestatis, etsi coguntur ferre aures,
 animus certe non agnoscat, sed hæc omnia in Christū cui soli
 competunt referas. Lesæ maiestatis crimen, quod alij tragica
 voce efferunt, apud te leuissimum sit. Maiestatem principis is
 vere ledit, qui principis nomine, cōtra ius, crudeliter, violēter,
 flagitiose quid facit. Nullius iniuria te minus moueat, q̄ quæ
 priuatim ad te pertinet. Publicam psonam esse te memineris,
 nec oportere, nisi de publico cogitare. Si cordatus es, reputa
 tecū nō quātus sis, sed quantū onus humeris sustineas. Et quo
 maiore in periculo versaris, hoc minus indulge tibi, nō a ma-
 ioribus tuis, aut assentatoribus formā administrandi imperij,
 sed a Christo petens. Quid enim absurdius, q̄ principē Chri-
 stianū Hannibalem, Alexandrū magnū, Cæsarem, aut Pom-
 peium sibi proponere? In quibus ipsis, quum quosdam virtu-
 tes nequeat assequi, ea potissimū imitabit, quæ sola erant sus-
 gienda. Non protinus in exemplum trahatur, si quid appro-
 bantibus historicis fecit Cæsar, sed si quod fecit / non abhorret
 a doctrina dñi nostri, aut si est huiusmodi, vt quanq̄ imitandū
 non est, ad virtutis tamen studium possit accendere. Ne totū
 quidem imperium tantū sit, vt prudēs velis a recto deflectere.
 Exue potius illud, q̄ exuas Christum. Ne dubita, habet ille
 quod tibi referat pro contempto imperio, longe melius im-
 perio, Nihil tam decorum, tam magnificum, tam gloriosum.

Principat⁹ qua-
 liter gerendus
 est.

Tragica vox

Gesta antiquo-
 rum regum ac
 ducū quatenus
 imitanda

Regū vna glori-

ria si regis regū
sequūt vestigia

Titulorū mag
norum vanitas
quos tñ Theo
logi maxime a
mant

Mundus quid
dicat apud ve
teres Theolo
gos *Digladian*

prestigiū

regibus, q̄ ad summi regis Iesu similitudinē q̄ proxime acce
dere, qui vt erat maximus, ita & optimus erat. Sed quod ma
ximus esset, id in terris dissimulauit, quod optim⁹ id nos sen
tire maluit, quia hoc nos maluit imitari. Negauit regnum
suum de hoc mundo esse, quum esset cœli terræq; dominus.
Sed principes gentium dominantur eorum, Christianus non
exercet potestatem in suos, sed charitatem, & qui maximus
est, omnium ministrum se cogitet esse / non dominum. Quo
magis admiror potestatis & domini ambitiosa vocabula, ad
ipso vsq; pontifices summos & episcopos inuecta fuisse. Nec
pudere theologos, nō minus indocte q̄ ambitiose, magistros
nostros vulgo appellitari, quum vtrūq; Christus interdixe
rit suis, ne vel dominos vel magistros vocari se sinerent, vnū
enim esse tum magistrum, tum dominū, qui & caput omniū
nostrum Christus Iesus, Apostolus, pastor, episcopus, officij
sunt vocabula, nō dominatus, Papa, Abbas, charitatis cognos
mina sunt, nō potestatis. Sed quid ego mare illud vulgariū
errorum ingredior? Ad quodcūq; hominū genus se conuer
terit, multa vbiq; videbit homo vere spiritalis quæ rideat / plus
ra quæ fleat. Plurimas opiniones deprehendet deprauatissi
mas, & a Christi doctrina longe lateq; dissidentes. Quarum
bona pars inde proficiscitur, quod etiam in Christianismo mū
dum quendam induximus. & quod apud veteres theologos
de mūdo legitur, hoc parum eruditi, ad eos referunt, qui mo
nachī non sunt. Mundus in euangelio, apud apostolos, apud
Augustinum, Ambrosium, Hieronymum dicunt increduli,
a fide alieni, crucis Christi inimici, blasphemī in deum. Qui
huiusmodi sunt, solliciti sunt de crastino, quippe qui diffidunt
de Christo, pro opibus, pro imperio, pro voluptatibus digla
diantur, vtpote qui sensibiliū rerum præstigijs occæcati, falsa
bona pro veris amplectuntur. Hic enim mundus Christum
verum lumen non cognouit. Hic totus in malo positus, se
amat, sibi viuūt, sibi studet, nō enim induit Christum, qui vera
charitas est. Ab hoc semouit Christus, non solum apostolos,
sed omnes quos se dignos iudicauit. Quo tādē igit modo,

Ioan. 18
Mat 20

Marc 9

Mathei,
25

Ioan. 14
& 17
I. cori. 3

Ioan. I.
I. Ioā. 5
I. Ioā. 4

hunc semper in literis damnatum mundum, cum Christianismo miscemus. Et mundi inani vocabulo nostris vicijs blandimur. Augent hanc pestem, plerique doctores, qui adulterantes verbum dei, ut ait Paulus, & ad temporum mores scripturam diuinam trahentes, quam magis conueniat mores ad scripturarum regulam emendari. Nullum autem exitius assentandi genus, quam quum verbis euangelicis, aut propheticis, animi moribus blandimur, non medemur. Audit princeps. Omnis potestas a deo, protinus surgunt crista. Quum magis tumidum te reddit scriptura quam sollicitum. Cogitas quod deus tradidit tibi gerendum imperium, & non cogitas quod idem gesti imperij exiget rationem. Audit auarus, interdictum Christianis, ne binas habeant tunicas. Interpretetur theologus, alteram tunicam esse quicquid necessitati naturae superstit, & quod ad morbum cupiditatis pertineat. Bene habet, inquit Crassus ille, mihi adhuc plurima desunt. Audit animalis & a charitate frigidus, hunc esse charitatis ordinem, ut tuam pecuniam alienae, tuam vitam alienae, tuam famam alienae anteponas. Non dabo inquit igitur, ne forte mihi ipsi desit. Non tuebor illius famam, ne quid maculae, meae aspergatur famae. Fratrem in periculo deseram, ne veniam & ipse in periculum. Breuiter mihi vitam totus, ne quid vilius nomine ad me perueniat incommodi. Didicimus & a sanctis viris, si quid non imitandum fecerunt, id solum in vitae exemplum trahere. Adulteri, & sanguinarij Dauid exemplo sibi blandiuntur. Qui sacculis inhiant, diuites Abraham nobis obijciunt. Principes, quibus pro ludo est passim viciare virgines. Solomonis reginas & concubinas nobis annumerant. Quorum deus venter est, Noe ebrietate praetextunt. Incesti, Loth concubitum praetendunt suae turpitudini. Quum in istos a christo declinamus oculos. Audeo dicere ne in prophetis quidem aut apud imitandum Christianis, si quid a christi doctrina diuariceat. Quod si sanctos peccatores libet imitari, non reclamo, modo totos imitentur. Secutus es Dauid adulterantem, magis sequere poenitentem. Expressisti Magdalenam peccatricem, exprime & amantem multum, exprime lachrymantem, exprime ad pedes

Theologorum modernorum adultera doctrina. *Crista*

Crassus auariciae notat apud historicos & poetas

Excusationes in peccatis

2. Reg. 11. & 12.

an. 18
at 20

arc 9.

athet.

5

an. 14
17
ori. 3

n. 1.
o. 5
o. 4

MILAN RICCI



**Aranearū com
paratio**

Quæstio

**Excusatio anti-
quorū patrum**

Lucellus

Prodigiosus

**Excusatio quo-
rundā lapsorū.**

Iesu sese abijcientem. Persequutus es ecclesiam dei cū Paulo, I coris
peierasti cum Petro, fac & ceruicem porrigas pro pietate cū Ioan. 18
Paulo, crucem ne reformides cum Petro. Ideo patitur deus
& magnos viros in quædā vicia labi, ne nos lapsi desperem⁹,
sed ita, si queadmodum socij fuimus errantium, ita simus &
emendantium errata. Nunc illud ipsum quod imitandum nō
erat, exaggeramus, & quædam recte ab illis facta depraua-
mus, aranearum instar, tantum si quid inest veneni, exugētes,
aut salutarem etiam succum nobis vertentes in venenū. Quid
tibi cum diuite Abraham, cui numisma numē est? Quod ille Gen. 13
prouentu foeturæ, deo rem illius fortunante/ ditatus est, idq;
in lege carnali, ideo ne tibi Christiano licet per fas nefasq; vn-
decūq; Croesi opes congerere, quas vel male profundas, vel
peius domi defodias? Ille diuitijs sponte affluentibus, q̄ nō ad
iecerit animum, vel hoc argumento sit, quod statim ad iubens
tis dei vocem, filium vnicum maectandum produxit. Quā gen 22
credis contempsisse boum armenta, qui cōtempfit & filium?
Tu vero nihil aliud somnians q̄ quæstum, nihil admirans nisi
pecuniam, paratus simul atq; inciderit exigui lucelli spes, vel
fratrem fallere, vel Christum negligere, simile quiddam tibi
putas esse cum Abraham? Simples puellæ filia Loth, quū
conspicerent omnem quaquaversum regionem incendio cō- Gen 19
flagrare, hoc vniuersum mundum arbitantes, quod oculis
patebat, neq; vllum iam vsq; mortalium ex tam vasto incen-
dio superstitem esse præter sese, non turpi, sed pio consilio, pa-
tris concubitum suffuratae sunt, ne videlicet nullæ generis hu-
mani reliquiæ superessent, præsertim quum adhuc vigeret dis-
uinum præceptū, crescite, & multiplicamini. Et audebis tuas Gene. 1
prodigiosas libidines cum harum puellarum facto conferre? & 8.
Imo & coniugium tuum harum incestui, non dubitem post-
habere, si quidem in matrimonio nō proli seruis / sed tuæ
libidini. Dauid tot egregijs pietatis exemplis editis, semel inci-
dit in adulteriū, obiecta opportunitate, nō captata, An ob hoc Z. re. II.
protinus tibi licebit impune, totā ætatē p alienos thalamos vo-
lutari? Petrus semel metu mortis, abnegauit Christū, pro quo Ioan. 18

I. Ti. I. postea fuerat moriturus, num ideo tibi quavis de causa peie-
Mat. 6. rare fas erit? Paulus nō affectu peccauit, sed errore lapsus est
admonitus statim resipuit. Tu prudēs, sciēs, vidēs, in malis cō-
senescis, & Pauli exemplo tibi ipsi caput demulces? Matheus
x̄bo tantū iussus, nihil cōtatus semel totū exiit thelonariū, Te
pecunijs addictū nō tot sc̄tōr̄ exēpla, nō toties audita euan-
gelia, nō tot cōtiones auellūt. Dicūt mihi ep̄i diu⁹ Augustin⁹
duas amicas habuisse legīt. Verū ille ethnicus, nos in Christi-
anismo educati, ille adolescēs, nos canī. Egregia collatio, qm̄
ille iuuentis, ethnicus, ne matrimonij pedicis irretiret, vnā mu-
lierculā vxoris loco habuit, & nō vxori/fidē tm̄ cōiugij præs-
stitit, ideo nobis Christianis, sembus, sacerdotibus, episcopis,
minus foedum erit, p̄ oīa libidinū volutabra cōspurcari? Actū
est de moribus, posteaq̄ vicia virtutū noībus donauimus, &
ad tuendū mala nostra argutiores, q̄ ad emendandū diligen-
tiores esse cōepim⁹. Maxime si prauas opiniones n̄ras falso pa-
trocinio diuinarū literarū alere ac fulcire condidicerimus. Tu
igit̄ frater suauissime in totū cōtempto vulgo, cū suis & opi-
nionibus, & factis, sincere ac totus Christianā sectam arripe,
quicquid in hac vita, vel horrendū, vel appetendū obijcīt sen-
sibus, id omne pietatis amore ex æquo negligēs. Vn⁹ christus
tibi satis sit, vnicus author, & recte sentiendi, & beate viuendi.
I. cori. I. Et hāc quidē merā stulticiā amentiāq̄ mūdus existimat, sed p̄
hāc placuit deo saluos facere credētes. Foeliciter desipit, qui sas-
Phili. 4. pit in Christo. Misere desipit qui Christū nō sapit. Verū heus-
tu, quēadmodū te volo fortiter a vulgo dissentire, ita nolo Cy-
nicū quiddā referentē, passim aliorū sententijs aut factis obla-
trare, supciliose dānare, odiose obstrepere oībus, rabiose decla-
mitare in vitā cuiuslibet, ne duo simul mala tibi cōciscas, alterū
vt in omniū odiū abeas, alterū vt inuisus ne queas quidē vlli
I. cori. 9 p̄desse. Esto & tu omnibus omnia, vt oēs Christo lucrifacias
Quoad licet, nō offensa pietate, foris oībus temet accōmoda,
vt intus quidē immotū sedeat p̄positū, foris autē comitas, affa-
bilitas, facilitas, cōmoditas alliciat & fratrē, quē blande cōuenit
inuitari ad Christū non asperitate deterrere. Deniq̄ qd' sentis

pedira

Spuzior

lymru

*Correctio des-
bet esse lenis.*

Contra

*Correctio nis-
mis exasperans
duo mala opat*

Comitas

non tam sauis in tonandum verbis, q̄ moribus exprimendū.
Nec̄ rursus sic indulgendū infirmitatī vulgi, vt v̄itatē in loco
fortiter tueri non audeas. Humanitate emendandi sunt ho-
mines, non decipiendi.

¶ Canon Septimus.

Porro si p̄ infantia & imbecillitatē animi nr̄i/nōdū ad ipsa sp̄i-
ritalia licebit aspirare, nihilo tamē segnius danda erit opera, vt
saltē in pximis cōsistam⁹. Alioqui vera cōpendiariaq̄ ad foeli-
citatē via est, si semel totā mentē ita ad cōlestiū rerū admiratio-
nem cōuerterim⁹, vt veluti corpus vmbra, ita amor Christi,
amor æternorū & honestorū natura secū adducat fastidiū ca-
ducorū, & odiū turpiū. Vtrūq̄ em̄ necessario cōsequit̄ alterū
& alterū cū altero, vel crescit, vel decrescit. Quātū p̄feceris in
amore Christi, tantū oderis mundū. Quo magis miraberis in-
uisibilia, hoc magis vilescēt res fluxæ, ac momētaneæ. Oportet
iḡit̄ / qd̄ in lris suadet Fabius, idē & in virtutis facere disciplina
vt statim ad optima nitamur. Quod tñ si nostro vicio non cō-
tingat, pximū est, vt vel humana quadā prudentia / a magnis
vicijs abstineam⁹, nosq̄ ip̄os (quoad fieri pōt) itegros diuinæ
beneficētiæ seruem⁹. Nam vt saluti pp̄ius est corpus / exhaustū
quidē illud & inane, verū noxijs humorib⁹ liberū, ita mens ca-
pacior est diuini m̄eris, nōdū grauib⁹ culpīs inquinata, tamē
etsi vera virtute adhuc vacat. Si inbecilliores sum⁹, q̄ vt ap̄los,
vt martyres, vt virgines imitemur, saltē ne cōmittam⁹, vt eth̄-
nici nos in hoc studio videant̄ p̄currere. Quorū pleriq̄ / quū
nec̄ deū nossent / quē vererent, nec̄ inferos crederent, quos
formidarēt, tñ ipsam p̄ se turpitudinē modis oībus fugiendā
esse homini censuerunt, adeo vt nōnulli maluerint / famæ, rei,
vitæ deniq̄ iacturā facere, q̄ ab honesto discedere. Si per tale
quiddā est peccatū, vt nullus cōmodis aut incōmodis p̄posi-
tis sit admittendū, p̄fecto Christianū hoīem, si non dei, v̄ iusti-
cia deterret, vel dehortat̄ b̄nificētia, si non vel spes immortalitatis
vel æternæ poenæ metus reuocat, si ne ipsa quidē natiua pec-
cati turpitudō retrahit, quæ potuit & gentiliū animos retra-
here, saltē mille incōmoda deterēat, quæ etiam in hac vita pec-

Optima ab ini-
tio preponēda

Gentiliū virtus
ac p̄bitas.

Pctā q̄ obrem
maxie vitanda.

tantem consequuntur, infamia, dispendium rei, egestas, contemptus
 & odium bonorum, anxietas animi/inquietudo, & ille/multo mi-
 ferrimus/conscie mentis cruciatus, que etiam si nonnulli in pre-
 sentiarum non sentiunt, siue aetatis ebetudine obscurati, siue peccati
 voluptate debriati, tamen sentient posterius, & omnino tanto
 sentient infortunatius, quanto saevius. Quare iuvenes potissimum
 sunt admonendi, ut hanc esse peccati naturam, malint tot autho-
 ribus credere, quam infortunati experientia in semetipsis discere, neque
 prius vitam vicibus contaminent, quam plane quid sit vita cogno-
 verint. Si tibi vilis est Christus, cui tu tanti constas, saltem tua
 ipsius causa temperato a turpibus. Et quamquam vehementer peri-
 culosum est, hoc in statu, velut in trivio (quod aiunt) diutius con-
 morari, tamen illis qui nondum queunt ad heroicam assurgere vir-
 tutem, non paulo prestabilis est in politica virtute consistere,
 quam in omni turpitudinis genere ire precipites. Non hic est felici-
 tatis meta, sed hinc propior ad felicitatem gradus. Interim tamen
 semper orandus deus, ut nos ad meliora dignetur arripere.

¶ Canon Octavius.

Si crebrius ac gravius ingruet in te tentationum procella, ne pro-
 tinus tibi incipias displicere, quasi ob id deo tuo vel curae/vel
 cordi non sis, aut parum pius aut etiam minus perfectus. Imo potius
 gratias age, quod ut futurum heredem erudit, ut charissimum filium
 flagellat, ut amicum explorat. Maximus est argumentum hominem
 a divina misericordia reiectum esse, quum nullis tentationibus in-
 cessit. In mentem tibi veniat Paulus apostolus qui ad tertium caeli my-
 steria promeruit admitti, tamen ab angelo Satanæ colaphizatus.
 Succurrat amicus dei Iob, succurrat Hieronymus, Benedictus,
 Franciscus, cumque his innumerabiles alij patres, maximis de vi-
 cibus sollicitati. Si cum tantis viris, si cum tam multis tibi commune
 est quod pateris, quid est, quum animam dericias? Magis enitere
 ut cum illis vincas. Non destituet te deus, & faciet etiam cum tenta-
 tione proventum, ut possis sustinere.

¶ Canon Nonus.

Quod callidi solent imperatores facere, ut in tranquillis
 etiam rebus/tamen excubias agant, itidem tu quoque semper

Prosper) etiam
 reb) cayendum.

Heb 12

2 co. 12

1 co. 10,

horum

politum

Tentatio frequens
 qualiter sustine-
 da sit.

exploro

animū vigilante, ac circūspectum ad futurū hostis assultū ha-
beas. Nūq̄ em̄ ille nō circuit, quærens quē deforet. Quopar-
rator esse queas, vt irruētē statim fortiter retūdas/exsibileq̄,
statim pestiferi serpētis caput cōteras. Nūq̄ em̄ ille vincit, vel
facilius/vel p̄fectius, Proinde cōsultissimū est, paruulos Baby-
lonis, illico vt nati sunt, ad petram quæ Christus est/allidere,
priusq̄ grandescant.

1. Pet. 5

P̄s. 136

¶ Canon Decimus.

**Tentator quæ-
liter repellatur.**

Resulatio

Repellit̄ aut̄ maxime tentator his modis, si vel vehementer
auerferis animo, statimq̄ in suggerentē velut expuas, aut ar-
denter ores, aut ad sanctam aliquā occupationē toto pectore
te conferas, aut si verbis e sacris literis petitis tentatori respon-
deas, quēadmodū supra admonuimus. Qua quidē in re non
mediocriter p̄fuerit aduersus omne tentationis genus certas
quasdam sententias habere paratas, eas maxime, quibus aliquā
senseris animū tuum vehementer cōmoueri.

¶ Canon Undecimus.

**Victoria parta
maius periculū
Imminet.**

Pios homines duplex potissimū habet periculū, alterum ne in
tentatiōe succūbant, alterq̄ ne post victoriam in cōsulatiōe &
gaudio spiritali insolecāt. Vt igit̄ tutus sis/nō solum a timore
nocturno, verq̄ etiā daemōnio meridiano, facito, vt quū hostis
te ad turpia sollicitat, nō tuā ipsius respicias imbecillitatem, sed
tantū memineris te in Christo oīa posse, qui non apl̄s modo,
sed & tibi, sed omnibus suis mēbris etiā infimis dixit, cōfidite,
quia ego vici mundū. Rursum quū vel post separatū instiga-
torē, vel in pio quopiā ope/senseris mentē tuam/intus arcana
quadā voluptate p̄fundi, tum etiā atq̄ etiā caueās, ne qd inde
tuis meritis arroges, sed totum gratuitæ beneficētiæ dei feras
acceptum. Tecq̄ ipsum protinus verbis Pauli reprimas. Quid
habes, qd̄ nō accepisti: Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non
acceperis: Itaq̄ aduersus duplex hoc malū/duplex erit reme-
diū, si & in cōflictu, tuæ virtuti diffusus, ad Christū caput tuū
cōfugias, atq̄ in eius huius beniuolentia spem oēm vincendi
ponas, & in cōsolatione spiritali, statim gratias agas illi de suo
beneficio, tuam indignitatē humiliter agnoscens.

P̄s. 90

Ioan 16

1. corin.

4

Abas-
cuk, z

¶ Canon Duodecimus.

Quum pugnas cū hoste, nō satis sit tibi, si ictum illius declines aut etiam repellas, nisi fortiter arreptū telum in ipsum auctorem retorseris, suomet illum gladio iugulans. Id ita fiet, si ad malū sollicitatus, nō solum nō pecces, sed hinc tibi arripias occasio- nem virtutis. Et, quēadmodū elegāter fingūt poeræ, Hercule obiectis ab irata Iunone periculis, animo creuisse atq; indu- ruisse, itidē tu quoq; da operā, vt hostis instigatiōib⁹ nō solū peior nō fias, sed etiā euadas melior. Sollicitaris ad libidinem, imbecillitatē tuam agnosce, ac plusculū etiam tibi de licitis vo- luptatibus interdicio, ad castas & pias occupatiōes apponito nō nihil auctarij. Instigaris ad cupiditatē, ad tenacitatem, auge elemosynas. Incitaris ad inanem gloriam, tātō magis demitte te in omnibus. Ita fiet vt vna quæq; tentatio, sit tibi renouatio quædam sancti ppositi tui, & pietatis incrementū. Neq; enim prorsus alia ratio tā efficax p̄ficiendi p̄fligandiq; hostē nostrū Verebitur enim te denuo puocare, ne qui impietatis auctor esse gaudet, pietatis ministret occasionem.

¶ Canon Decimus tertius.

Semp autē hoc animo atq; hac spe dimices, quasi ea pugna sit tibi postrema futura, si victor discesseris. Fieri enim pōt, vt & istud præmiij tuæ virtuti largiatur benignitas diuina, vt hostis semel turpiter victus, nūq; postea te reperat. Id qd' legim⁹ p̄is aliquot viris contigisse. Nec absurde credit Origenes, vincen- tibus Christianis, minui copias hostium, dū semel fortiter re- pulsus, nūq; ad hominē sollicitandū reuerti p̄mittit. Ergo in cōflictu aude p̄petuā sperare pacē. At rursus vbi viceris, sic te geras, quasi mox in præliū reditur⁹. Semp em̄ alia post aliā expectanda tentatio, neq; vnq; discedendū ab armis, nūq; res- linquenda statio, nūq; remittendæ excubiæ, donec in hoc cor- poris præsidio militamus. Semper illud p̄pheticū in pectore cuiq; habendū, Sup custodiā meam stabo.

¶ Canon Decimus quartus.

Magnopere cauendum, ne quod vitium/ veluti leue cōtem- namus. Nullus em̄ hostis vicit sapius, q̄ qui fuit contemptui.

K

Auctariū quo-
tidie adiciendū
p̄is operibus

Auctariū

profligato

Diabol⁹ semel
fortit⁹ repulsus
nūq; reuerti p̄-
mittit;

Leuissima etiā
vicia nō esse cō-
temnenda,

Abas
cuk, z

Vicijs suis q̄sq;
libēter ignoscit

Adfuto

Hesiodi cumu-
lus,

Laboris diffi-
cultas qualiter
lenienda

Qua in re nō paucos mortaliū misere falli cōperio. Fallūt em̄ seip̄sos, dum sibi in vno aut altero vicio cōniūctes, qd̄ p̄ suis quisq; morib⁹ veniale putat, reliqua grauit̄ execrant̄. Bona pars eorū / quos vulg⁹ integros et incorruptos appellat, furtū, rapinā, homicidiū, adulteriū, icesū oppido detestant̄. At simplice fornicationē, & moderatū voluptatis vsū / vt leue cōmissum neutiq; refugiūt. Alius ad reliqua sat incorruptus, bis bosior est, in luxu intemperatior. Alius linguæ licētioris. Ali⁹ inani⁹ & iactanti⁹. Quo tandē vicio carebimus, si ad hunc modū suo quisq; blādiatur? Argumentū est istos ne reliquas quidē virtutes vere possidere, quibus vllum viciū placet sed potius simulachra quaedā virtutū, quæ vel natura, vel educatio, vel cōsuetudo deniq; / & gentiliū animis addidit. At qui Christiāo odio vnū quodlibet viciū execrat̄, oīa detestē necesse est. Cuius animū semel vera charitas occupauit, pari detestatione vniuersam malorū cohortē p̄sequit̄, ac ne in venialibus quidē sibi blandit̄, ne a minimis sensim ad maxima dilabatur, & dum in leuibus oscitat, excidat a summis. Et si nō dū forte q̄as vniuersam viciorū stirpē euellere, tñ q̄tidie de malis nr̄is aliqd̄ decerpēdū, bonis moribus sp̄ aliqd̄ adijciēdū. Ad eū modū decreset aut crescet, ingens ille cumulus Hesiodus.

¶ Canon Decimusquintus.

Si te terrabit labor quē oportet in cōflictu tētationū subire, hoc erit remediū. Noli molestiā pugnæ cōferre cū voluptate p̄cti. Sed presentē amaritudinē pugnæ cōpone cū futura amaritudine p̄cti, quæ victū cōsequit̄, tū p̄sentē dulcedinē culpæ, quæ te illectat, cū futura dulcedine victoriae, et trāquillitate mēt̄is, q̄ cōsequit̄ strenue pugnātē, & mox videbis, q̄ iniqua sit collatio. Verū in hoc fallunt̄ parū cauti, qd̄ amaritudinē / pugnae cōparāt cū delectamēto p̄cti, neq; respiciūt, qd̄ hoc atq; illud cōsequat̄. Cōsequit̄ autē victū, multo tum grauior, tum diuturnior molestia, q̄ vincētī fuerit i cōgressu futura, victorem item lōge maior ac durabilior voluptas, q̄ victo fuerit, q̄ traxit in culpā. Id qd̄ facile iudicabit, qui fecerit vtriusq; rei periculū. Verū neminē Christianū oportet vsq; adeo ignauium

esse, vt quū quotidie succūbat tentationi, nō saltem aliquando vel curet experiri, qd sit vincere tentationē. Quod quo fecerit frequētius, hoc fiet victoria dulcior.

¶ Canon Decimus sextus.

Quod si qñ te cōtigerit lethale vulnus accipere, caue ne p̄tin⁹ abiectō clypeo / relic̄tis armis hosti te dedas. Id qd' aīaduerti non paucis accidere, quibus animus natura est imbecillior & muliebrior, vt semel p̄strati, desinēt reluctari, seseq; totos permittāt affectib⁹, neq; cogitēt de recuperāda libertate. Nimisq; piculosa est ista pusillanimitas, quæ cū interdum ingenijs non pessimis adiūcta sit, tamē ad id qd' est oīm pessimū solet adducere, desperationē. Aduersus hāc igit̄ hac regula cōmuniēda mens est, vt lapsi in p̄c̄m, nō solū desperem⁹, sed gnauos milites imitemur, quos nō raro pudor ignominia, & accepti vulneris dolor nō modo non cōiicit in fugā, verū ad fortius / c̄p̄ antea / pugnandū / acuit redintegratq;. Itidē nos quoq; / simul atq; in capitalē noxiam fuerim⁹ inducti, ilico p̄perem⁹ redire ad cor, & lapsus ignomiā noua virtutis alacritate resarcire. Facilius vni vulneri medeberis, q̄ multis, facilius recēti, q̄ inueterato iam putrici. Anima temetipsum versiculo illo notissimo, quem vsurpasse Demosthenes legitur. Vir fugiens & denuo pugnabit. Cogita Dauid p̄phetā, regem Salomonē, Petrum ecclesie principem, Paulum apostolū, tāta lumina sanctimonīæ, in quæ scelera tamen inciderint. Quos fortasse vel ob hoc cadere pmisit deus, ne tu lapsus desperares. Erige te igit̄ in pedes, sed statim magnoq; aīo, atq; in pugnā redito, tū ardētior, tū cautior. Fit interi, vt et capitalia cōmissa pijs hoīb⁹ cedāt in cumulū pietatis, dū ardētī⁹ amāt, q̄ turpius errarūt.

¶ Canon Decimus septimus.

Sed aduersus alios atq; alios tentatoris incurfus / alia atq; alia remedia sunt accōmodatiora. At vnicū, multoq; oīm efficacissimū remediū, aduersus omne vel aduersitatis, vel tētationis genus est crux Christi, quæ eadē est & errantib⁹ exemplū, & laborātib⁹ refrigeriū, & pugnātib⁹ armatura. Hæc est vna cōtra oīa tela nequissimi obijciēda. Proinde conuenit in hac di-

Lapsis q̄ citissime ad christū reuertendum

Crucis Christi efficaciam & verum mysterium

ligenter exerceri, non quidē vulgi more, quo quidā passionis
historiā quotidie relegunt, aut crucis imaginem adorant, aut
millenis signis ei⁹ / totū vndiq; corp⁹ cōmuniūt / aut fragmētū
aliquod sacrati ligni domi seruant, aut ita certis horis supplicū
Christi recolunt, vt ei tanq; hominī iusto & indigna patienti
humano affectu cōdoleant, atq; illachrymēt. Nō hic est verus
illius arboris fructus, verum interim sit isthuc lac infantium
animarum. Tu v̄o ascende in palmam, vt veros illius fructus
apprehendas. Ii sunt p̄cipui, si membra capiti in mortifi-
candis affectibus quæ sunt membra nostra super terram / con-
formes esse curemus. Id qd' nobis nō solum amarum esse nō
debet, verum etiam vehemēter optabile ac iucundū, si modo
spūs Christi viuit in nobis. Quis em̄ vere amat eum, cui q̄dis-
simillimus esse gaudeat. Verū quo maiore fructu mysteriū
crucis mediteris, oportebit vnumquēq; sibi rationē ac piam
quādam digladiandi artem parare, & in ea diligēter exerceri,
vt simul atq; res poposcerit, ī promptu sit. Ea p̄t esse huiusmōi
vt singulis affectibus tuis crucifigendis, eam crucis partem ap-
plices, quæ potissimū respondeat. Nulla est em̄ omnino vel tē-
tatio, vel aduersitas, quæ non suum ac proprium habeat reme-
dium in ea. Veluti quū te titillat ambitio huius mundi, quum
pudet ludibrio ac contemptui esse, cogita o membrū infimū,
quātus sit Christus caput tuū, & quo sese tua causa deiecerit.
Quū incessit animum inuidiæ malum, memento q̄ benigne
q̄ candide se totū ille nostris vsibus impenderit, q̄ bonus fue-
rit etiam pessimis. Quum sollicitaris a gula, recole illum felle
& aceto poratum. Quū tentaris a voluptate turpi, recordare
q̄ tota capitis vita ab omni abfuerit voluptate, q̄ omnibus in-
cōmodis, cruciatib⁹, erumnis plena. Quū irrat ira, succurrat
statim ille qui velut agnus coram tondente obmutuit, & non
aperuit os suū, Si te male vrit paupertas, aut habēdi cupiditas
sollicitat, p̄tinus in mentem veniat ille dñs vniuersorū, pro te
factus egenus, ita vt non haberet, vbi inclinaret caput suum.
Atq; ad eandē rationē, si & in reliquis tentationib⁹ feceris, nō
solum acerbū non erit vim attulisse tuis affectibus, verū etiam

Crucis fructus

Ro. 8.

I. cori. II

Luc 24
Ioan. 16

Esa. 53.

Lu. 9.

dulce, propterea qd̄ intelliges isto modo te conformari capiti tuo, eiq̄ pro suis immensis doloribus/ quos tua causa pertulit, quasi gratiam referre.

¶ Canon Decimus octauus.

At hoc quidē remediū, quācūq̄ vnū omniū lōge præsentiſſimū est/ ijs qui mediocriter in via vitæ processerunt, tamen infirmioribus nō nihil profuerint & illa, si sollicitante ad impietate affectu, statim ob oculos mentis reuocēt, q̄ fœda, q̄ execranda, q̄ exitialis res sit peccatum, contra quāta hominis dignitas. In futilibus etiam negotijs/ paulisper apud nos ipsos cōsultamus in hac re omnium maxima, priusq̄ nosmet assensu/ veluti circographo/ diabolo astringimus/ nō nostro cum animo reputabimus a quāto opifice simus conditi, in qua excellenti statu constituti, quā immenso præcio redempti, ad quantā fœlicitatem vocati. Homine generosum illud esse animal, cuius vni⁹ gratia mirabilem hanc mūdi machinā fabricatus est deus, conciuem angelorū, filium dei, heredem immortalitatis, membrū Christi, membrū ecclesiæ, corpora nostra templa esse spiritus sancti, mentes simulachra simul & adyta diuinitatis. At e regione peccatū esse pestem teterrimā ac tabem tum animi, tum corporis. Vtrūq̄ em̄ in natiuā speciem reflorescit innocentia, peccati v̄o cōtagio, marcescit vtrūq̄ etiam in hoc sæculo. Peccatū est lethale virus spurcissimi serpentis, authoramentū diaboli, ac seruitutis nō turpissimæ modo, verū etiā miserrimæ. Hæc atq̄ huiusmodi vbi tecum expenderis, etiam atq̄ etiam delibera, num satis cōsultum sit, ob fucatam, momentaneā, venenatam peccati delectaciunculā, a tanta dignitate, in tantā excidere indignitatē, vnde te p̄ teipm̄ nō queas asserere.

¶ Canon vnde uigesimus.

Mat. 6. Deinde duos illos authores inter se dissimilimos cōpara, deū
Ioan 15 ac diaboli, quorū alterū peccādo tibi facis inimicū, alterū cōsti
Gall. 4. tuis dñm. Per innocentia & gratiam ascisceris in numerū ami
2, Pe. 2 corū dei, adoptaris in ius & hereditatem filiorum. Per pec
Act. 13. catū vero constitueris & seruus & filius diaboli. Alter est eter
n⁹, ille fons & Idæa summi pulchri, summæ voluptatis, summi

Josa

K iij

Tētatiōe immi
nēte qd̄ cogitā
dum,

Nota.

Humanae natu
ræ dignitas

Peccati vilitas
ac turpitude.

Boni & mali
suos habēt do
minos sed inæ
quales.

St. Hier.

boni. Omnibus sese cōmunicās. Alterū omniū malorum, ex-
tremæ turpitudinis, summæ infœlicitatis pater. Alterius in te
beneficia, alterius maleficia recordare. Ille qua bonitate te con-
didit? Qua misericordia redemit? Qua liberalitate locupletas-
uit? Qua lenitate quotidie sustinet delinquentē? Qua laticia
recipit resipiscentem? Contra hæc omnia diabolus, quāta inui-
dientia iam olim insidiatur salutī tuæ? In quas erumnas te con-
iecit? Atq; adeo aliquid aliud molitur quotidie, nisi vt vniuers-
sum hominū genus secum in æternum exitium trahat? His
omnibus hinc atq; hinc recte p̄siculatis ita tecum cogita. Ego
ne oblitus originis meæ, oblitus tantorum beneficiorū, p̄pter
tantillum bolum falsæ voluptatis, a tam nobili, a tam amante,
a sic merito parēte desciscā ingratus, & me vltro turpissimocq;
dño mancipabo? Non saltem illi p̄stabo, quod homūcioni
p̄starem bene merenti? Non illum fugiam, qui hominē sus-
gero malum dare cupientem?

¶ Canon Vigésimus.

¶ Neq; vero minus inæquale præmium, q̄ dissimilis author.
Quid enim inæqualius, q̄ mors æterna, & vita immortalis?
q̄ sine fine summo frui bono, in contubernio celestiuū ciuiū,
& sine fine extremis excruciarī malis in infœlicissimo cōsor-
tio damnatorum? Atq; hac de re qui dubitat, ne homo quidē
est, nedum Christianus. Qui non cogitat, vel ipsa est amentia
amentior. Iam vero præter ista, habent & in hac interim vita
pietas & impietas fructus suos n̄m̄ium dissimiles. Ex illa em̄
metitur, securā tranquillitas animi, & beatum illud gaudium
puræ mentis, quod quisquis semel degustarit, nihil tam p̄s-
ciosum, nihil tam voluptarium, mundus hic possidet, qui cum
velit permutare. Hanc contra quum mille alia mala, tum mis-
ferim⁹ ille cruciat⁹ aī sibi male conscij p̄sequitur. Illud enī est cē-
tuplum spiritalis gaudiij, quod Christus pollicitus est in euan-
gelio, velut arram quandam æternæ fœlicitatis. Hæc sunt illa
apud prophetā miranda munera, quæ neq; oculus vidit, neq;
auris audiuit, neq; ascēderunt in cor hominis, quæ prepara-
uit deus diligētib⁹ se, nimirū in hac vita. Quū interim vermis

Contid

perhul

¶ Boni & mali
mercedē etiam
hic recipiūt sed
inæqualem

¶ Cōsciētēz mis

Mat. 19

Esa. 64

Esa. 66

Prove
18
Encl. C

XLVII

impiorum non moritur, & inferos suos iam apud superos pa-
tiuntur. Nec alia est flamma, in qua cruciat diues ille comesta-
tor euangelicus. Nec alia supplicia inferorū, de quibus multa
scripsere poetae, q̄ perpetua mentis anxietas, quae peccandi cō-
suetudinē eomitatur. Tollat igitur qui velit futuri saeculi tam
diuersa prēmia, habet annexū sibi virtus propter q̄d abunde
debeat expeti, habet adiunctū p̄ctm, cuius causa debet horreri

¶ Canon Vigessimus primus.

Ad haec cogita, q̄ erummosa, q̄ fugax sit vita praesens, q̄ vni-
diq̄ imminens insidiosa mors: q̄ passim opprimit inopinans
tes. Et quum nemo vel de momento vitae sit securus, q̄ ingēs
periculum, eam cōperendinare vitam, in qua si te mors subis-
tanea (vt saepe accidit) deprehenderit, in aeternum peristi,

Vitae breuitas.

Comp. uind. man. 19

¶ Canon Secundus & Vigessimus.

Tum semper erit formidanda impoenitentia/ malorum extre-
mū, illud nimirū perpendenti, ex q̄ multis, q̄ paucis a peccatis
vere ac toto pectore resipiscunt, praesertim ijs, qui funiculos
iniquitatis in extremū vsq̄ vitae protraxerūt. Lubricus quidē
& facilis in turpitudinem lapsus, sed hinc reuocare gradum,
superasq̄ euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Proinde
vel hirci Aesopici calu admonitus, priusq̄ in peccati puteum
descendas, cogita non perinde facilem esse reditum

Impoenitentia
ante oia cauēda

Prover
18
Enei, 6,

¶ Remedia contra specialia quaedam
vicia, & primum contra libidinem.

Et haecenus quidem communia aduersum omne viciorum
genus remedia/ vtrūq̄ demonstrauimus, nūc conabimur, &
speciatim quaedā tradere, quibus modis cuiq̄ p̄ctō debeas oc-
currere, ac primū libidini, q̄ malo nullū aliud/ neq̄ prius nos
impedit, neq̄ acrius vrget, neq̄ lati⁹ patet, neq̄ plures ī exitiū
trahit. Si qñ igit̄ foeda libido stimulat animū tuū, his armis
ptinus memēto occurrere. In primis cogita, q̄ immunda, q̄
spurca, q̄ quouis etiā homie indigna sit ea voluptas, quae nos
diuinū plasma, non pecudibus modo, verū etiā suibus, hircis,

Libidinis reme-
dia.

19
64
66

canibus, & brutorum brutissimis animalibus æquet, imo que
porro infra pecudum cōditionem deiiciat, qui sumus ad an-
gelorum consortia, ad diuinitatis cōmunionem destinati. Suc-
currat ad hæc, q̄ eadem sit momētanea, q̄ insyncera, q̄ semp-
plus aloes/q̄ mellis habens. Ediuerso/q̄ generosa res sit aīa,
q̄ sacra res corpus hominis, quemadmodum in superioribus
regulis ostendimus. Quæ malum igitur vecordia, ob tantillā,
tam foedam, voluptatis momentaneæ titillationem, simul &
animū & corpus indignis modis polluere: Prophanare tem-
plum, quod Christus sibi sanguine suo consecrauit: Illud item
reputa, blanda pestis, quātum malorum agmen secum trahat,
Ante omnia famam, possessionem longe preciosissimā eripit.
Nullius em̄ vicij rumor spurcius olet, q̄ libidinis. Patrimo-
nium exhaurit, Corpus simul & vires, & speciem interimit
Valitudinē vehementer ledit, Morbos innumerabiles parit,
eosq̄ foedos, Iuuentæ florem ante diem deuenustat, Turpē
senectam accelerat, Ingenij vigorem tollit, mentis aciem ebe-
tat, & quasi pecuniam mentem inserit. Ab omnibus honestis
studijs semel auocat, hominemq̄ quantus est, totum cœno im-
mergit, vt iam nihil nisi sordidum, humile, spurcum libeat co-
gitare. Et quod hominis erat proprium, eripit, ratiōis vsum.
Insanam atq̄ infamem adolescentiam, odiosam ac turpem mi-
seramq̄ senectam facit. Sapias igitur, & sic nominatim tecum
reputes. Illa & illa voluptas/ tam male cessit, tantum damni,
tantum dedecoris, tediij, laboris, morborum attulit, & iterum
stultissimus hamum vorabo prudens: Iterum cōmittam, cui
me denuo pœniteat: Item & aliorum exēplis temet reprime,
quos cognoueris turpiter & infœliciter voluptatem esse se-
quitos. E regione anima teipsum ad continentiam, exemplis
tot adolescentium, tot delicatarum virginum, & collatis circū-
stantijs, tibi ipsi ignauiam opprobato. Qui minus tandem tu
possis quod illi atq̄ illi, eo sexu, ea ætate, sic nati, sic educati, po-
tuerunt possuntq̄: Pariter ama, nec minus valebis. Cogita,
q̄ honesta, q̄ amana, q̄ florida res sit corporis & animi pu-
ritas. Hæc nos maxime facit familiares angelis, spūs sancti cas

I. cori. 3
Heb. 13

paces, Etenim a nullo prorsus vicio sic resilit spiritus ille/puri
 tatis amator, vt impudicitia. Nusq̄ æque conque scit ac deli
 ciat, vt i mētib⁹ v̄gineis. Propone tibi ante oculos q̄ idecorq̄,
 q̄ totū hoc insanū sit amare, palleſcere, macerari, lachrymari,
 blandiri, ac turpiter supplicem esse scorto putidissimo. Occi
 nere ad fores nocturnas, pēdere de nutu dominae, pati regnū
 mulierulae, exostulare, irasci, rursus redire in gratiā, & vl
 tro te ridendum, pulsandum, mutilandum, spoliandum lupae
 præbere. Vbi queso inter ista/ viri nomen? Vbi barba? Vbi
 graciosus ille animus rebus pulcherrimis natus? Considera
 & illud tecum, quantū scelerum gregem voluptas admissa sos
 leat adducere. Est alijs vicijs fortasse nonnulla cum quibusdā
 virtutibus societas, libidini nulla/ sed cum maximis plurimisq̄
 peccatis semper copulata est. Sit sane leue scortari, at graue nō
 audire parentes, negligere amicos, prodigere rem patriam, ra
 pere alienam, peierare, perpotare, latrocinari, maleficū fieri,
 depugnare, homicidiū cōmittere, blasphemare, in quæ omia,
 & his grauiora, domina voluptas, te transuersum rapiet, vbi
 semel tuus esse desieris, eiusq̄ capistro os miserū porrexeris.
 Perpende præterea, q̄ sit hæc vita fumo fugacior, vmbra in
 anior. Quot laqueos nobis struat mors, nullo nō loco, nullo
 non tempore insidians. Hic non mediocriter profuerit/ & no
 minatim recolere, si quos ex tibi quondam notis, ex familiari
 bus, ex æqualibus, aut etiam natu minoribus, maxime v̄o ijs,
 quos aliquñ turpiū voluptatum participes habueris, mors in
 opinata rapuit. Est oq̄ alieno periculo cautior. Cogira q̄ dul
 citer vixerint, sed q̄ amare vita defuncti sint, q̄ sero sapuerit,
 q̄ sero cœperint odisse sua mortifera gaudia. Succurrat extre
 mi iudicij faueritas, & non retractanda illius sententiæ metu
 endum fulmē, in ignem æternum mittentis impios, & quod
 hæc horaria, breuisq̄ & exigua voluptas æternis cruciatibus
 luenda sit. Hoc loco diligenter lancibus examina, q̄ iniqua sit
 permutatio, pro turpissimo breuissimoq̄ pruritu, & in hac
 vita multo dulcius, præstantiusq̄ animi gaudium perdere, &
 in futura gaudijs fraudari phennibus, insuper nuncq̄ finiēdos

Damo

Nota bene ac
 sepius tecū ru
 mina.

perpoto

mat. 25

ori. 3
b. 13

dolores, tam umbratili delectatiuncula mercari. Porro si dux
tibi videatur, tantillum delectamenti pro Christo cōtemnere,
recordare, quos cruciatus ille tui charitate suscepit. Præter cō
munes humanæ vitæ iniurias, quantū sacrosancti sanguinis p
te effuderit, q̄ ignominiosam, q̄ acerbam mortem pro te des
penderit, & tu horum omnium immemor, rursum filium dei
crucifigis, iterans insanas voluptates, quæ caput & dominum
tuū, ad tam diros adegere cruciatus? Tum iuxta superiorem
regulam recole, quantū ille beneficiorum ī te, nihil dum pro
meritum accumularit, pro quibus omnibus, quum nulla par
gratia rependi queat, tamen nullam reposcit aliam, q̄ vt exem
plo ipsius, a mortiferis illecebris coerceas animū, & ad summi
boni summiq; pulchri conuertas amorem. Compose inter
se duas illas Veneres, & duos Cupidines Platonicos. i. ho
nestum amorem, & foedum, sanctam voluptatem & turpem,
confer vtriusq; dissimilem materiam, confer naturas, confer
præmia. Et in omni quidem tentatione, maxime vero quum
ad libidinem sollicitaris, proponito tibi ante oculos tuos/ an
gelum tui custodem, omnium quæ vel facis vel cogitas, assi
duum spectatorem ac testem, deum inspectorem, cuius ocu
lis omnia patent, qui sedet supra cœlos, & intuet̄ abyssos. Et
rem adeo foedam, vt homuncione teste facere pudeat, nō ve
reberis coram angelo tibi proximo, deo, totoq; cœlitū choro
spectante & execrante facere? Puta autem id quod res est, &
si tibi oculi essent, plusq; Lyncei, plusq; aquilini, tamen istis nō
clarissima luce certius cōspexeris, quod coram te facit homo,
q̄ omnes animi tui latebræ perspicue sunt, dei & angelorū cō
spectibus. Quin & illud tuo cum animo reputa, quū libidini
cedis, alterum e duobus futurum, aut vtī semel gustata volup
tas, sic mentem tuā excantet obscuretq; vt de turpitudine eas
in turpitudinem, donec excæcat⁹ venias in sensum reprobū, Ro. 1.
& obstinatus in malo, ne tum quidem queas voluptatem tur
pem relinquere, quum illa te deseruit. Id quod plerisq; vides
mus euenire, vt effœto corpore, extincta forma, frigente san
guine, deficientibus viribus, caligantibus oculis, tamen adhuc

Sapi. 2.
Heb, 6.

Ad ego

Veneres ac cu
pidines Plato
nici.

Angelus spec
tator ac testis
operū nr̄orū.

Celites

Notabene,

latebra

Exerant

Mat. 18
Prouer
bio, 18
Heb. 4.

Ro. 1.

L

pruriant sine fine, & sceleratius turpiloqui sint, q̄ olim fuerint impudici. Quare quid esse potest execrabilius, mōstrosiusq̄? Alterum, vt si forte contigerit te singulari fauore diuino respicere, maximo animi dolore, summis laboribus, plurimis lacrymis, breuis illa & fugitiua voluptas expianda sit. Quanto igitur consultius/omnino non admittere virus voluptatū carnalium, q̄ vel in tam deploratam induci cecitatem, vel tantillam, camq̄ falsam delectaciūculam, tanta molestia depēdere? Iam vero & a personae tuae circūstantijs multa licebit sumere, quae et a voluptatibus auocare queant. Sacerdos es, cogita te totum diuinis rebus consecratum esse. Quam indignū tandē flagitium sit, eo ore, quo corpus illud adorandum sumis, putidam scorti carnem contingere, iisdem manibus, quibus ministrantibus angelis, ineffabile illud mysterium peragis, abominandas contrectare sordes. Quam non conueniant, idem corpus, eundem spiritum cum deo fieri, & vnum corpus fieri cum meretrice. Si doctus es, tanto generosior deoq̄ similior animo, tanto hac contumelia indignior. Si nobilis, si princeps, quanto flagitium conspectius, tanto offendiculum grauius. Si coniugatus, cogita q̄ honesta res sit thorus immaculatus, daq̄ operam, vt (quoad fieri potest) tuum coniugium imitetur sanctissimas nuptias Christi & ecclesiae, quarum gerit imaginem, id est vt q̄ minimū habeat turpitudinis, plurimū foecunditatis. In nullo enim vitae statu, non turpissimum est feruire libidini. Si iuuenis es, etiam atq̄ etiam considera, ne florem aui nuncq̄ rediturum, temere polluas. Ne re foecidissima perdas annos optimos, vereq̄ aureos, qui & fugiunt perniciosissime, & recurrunt nuncq̄. Ne nunc per inscitiam & incogitantiam aetatis committas, quod te in omnem vsq̄ vitam mordeat, persequente scelerum conscientia, & amarissimis illis aculeis, quos fugiens voluptas in animis nostris relinquit. Si mulier, istum sexum, nihil magis decet / q̄ pudor. Si vir, tanto maioribus rebus dignus, & istis tam friuolis indignior. Si senex, opta tibi oculos alienos, vt videas q̄ te deceat voluptas, quae in adolescentibus miseranda quidem est

Argumenta a
persona.
Sacerdos

Doctus
Nobilis,

Coniugatus.

Iuuenis.

Vir.
Mulier.
Senex.

i. 2.
b, 6.

t. 18
uer
18
p. 4.

b

¶ Senex.

Capulus

Aysagista hieronymo sapientia mystice significat

Serenus

quarus

Philargia.

& coercenda, in vetulo vero portentosa, & ipsis quoque voluptatum sectatoribus deridicula. Inter omnia monstra nullum monstruosius senili libidine. O delire, & nimium oblite tui, saltem ad speculum, canos & capitis niues, aratamque rugis frontem, cadauericque simillimam faciem contemplare, ac iam capulo proximus, alia annis tuis magis consentanea cura. Saltē quod ratione decuerat facere, hoc annis admonētib; vel cogentibus potius facito. Ipsa iam te voluptas repellit, neque ego inquam iam tibi decora sum, neque tu mihi idoneus. Lulisti satis, edisti satis atque bibisti. Tempus abire tibi est. Quid adhuc vitæ perpremis delicias, quum ipsa etiam te deserat vita? Iam tēpus est, ut aliquando incipiat in sinu tuo cubare mystica illa concubina Abyrag. Ea sancto feruore calefaciat mentem tuam, huius amplexibus frigentia membra confoue.

3. Re. 1.

¶ Epilogus remediorum contra
incentiuum libidinis.

Iam vero ut summam perstringam, hæc sunt potissimum quæ te a carnis illecebris tutum reddent. Primum occasionum omnium cauta ac diligens fuga. Quod præceptum quamquam in reliquis quoque conuenit obseruari, propterea, quod qui periculum amat, dignus est, qui in illo pereat, tamen hæc potissimum sunt illæ Syrenes, quas haud fere quisquam euasit, nisi qui procul aufugit. Deinde victus & somni moderatio. Temperantia a voluptatibus etiam permissis. Respectus mortis tuæ, & mortis Christi contemplatio. Iuuabunt & illa, si cum castis & integris conuixeris, si corruptorum & mollium colloquia, veluti pestem quandam vitaris. Si solitudinem ociosam, & ocium ignauum fugeris, sed animam cœlestium rerum meditatione, honestisque studiis gnauiter exercueris. Maxime vero, si sacrarum literarum vestigationi toto pectore te consecraris. Si & frequenter, & pure oraueris, maxime irruente tentatione.

Eccle. 3

¶ Aduersum irritamenta Auaritiæ.

Si senseris te vel natura propensorem ad philargiæ vicium,

Luc
Ma

vel a diabolo instigari, recale iuxta superiores regulas digni-
tatem conditionis tuę, qui ad hoc tantum creatus es, in hoc re-
demptus, vt summo illo bono semper fruaris. Totam vero

hanc mundi machinam fabricatus est deus, vt omnia tuis ser-
uiant vsib⁹. Quam sordidum igitur, q̄ angustii animi, nō vtī,
sed tantopere demirari res mutas/ & vilissimas. Tolle hoīm

errorem, quid erit aurum & argentū, nisi terra rubra & alba?

Quod nemo gentilium philosophorum nō contempsit, hoc
tu pauperis Christi discipulus, & ad longe meliorem posses-
sionem vocatus, vt magnum quiddam admiraberis? Non

possidere diuitias, sed contemnere diuitias magnificum est.
Sed reclamationi mihi vulgus nomine tantum Christianorum,
& seipsum callidissime gaudet fallere. Ipsa inquiunt necessitas

nos hortatur, vt rem faciamus, quæ si fuerit nulla, ne viuere
quidem liceat, si cōtractior, nimis incommode viuatur, sin lau-
tior, vberiorq̄, plurimum adfert commoditatis. Consultur

valitudini, prospicitur liberis, cōmodatur amicis, excludit cō-
temptus, deniq̄ & fama melior, quum res bene habet. Ex ali-
quot Christianorum milibus, vix vnum atq̄ alterū inuenias,

qui ista non & dicat & sentiat. Verū vt istis ad vtrūq̄ respon-
deam, primū quod cupiditatē suam necessitatis nomine pre-
texunt, obijciam illis vicissim parabolam euangelicā, de lilijs,

& auibus in diem viuentibus, ad quorū imitationē nos hor-
tatur Christus. Obijciam, quod idem ne peram quidem aut
sacculis suis gestandum pmiserit. Obijciam, quod nos reliquis

omissis, iubet ante omnia quærere regnum dei, & hæc omnia
nobis adijcienda promittit. Quādo vnq̄ nō suppetierunt vi-
ctui necessaria, ijs qui toto peccore pietati studuerunt? Quan-
tulum vero est illud, quod a nobis natura flagitat? Atqui tu

necessitatem non vsibus naturæ, sed cupiditatis terminis me-
tiris. Pns autem & illud satis est, quod naturæ parū est. Quāq̄
equidem non ita valde miror istos, qui rem vniuersam suam

semel relinquunt, vt impudentius mendicent alienam. Nō est
culpa possidere pecuniam, sed mirari pecuniam, cum vitio cō-
iunctū ē. Si affluit, fungere boni dispēsatoris officio. Sin eris

Diuitijs q̄liter
vtendum

Luc. 10,
Mat. 9.

le. 1.

le. 3

Nestor

Diuitia in bo
na postremu lo
cum obtinent

Epictetus

Gonos

pitur, ne macerare, tanq̄ re magna spoliatus, imo gaude tibi detractam sarcinam periculosam. Verum qui praecipuū vitæ studium in coaceruandis opibus cōsumit, qui eas vti praeclearæ quiddam & expetendum suspicit, & porro in longum/ inc̄ Nestoris vsq̄ senectam recondit, is fortasse bonus mercator recte dicetur, bene Christianum equidem non dixerim, qui totus de se pendeat, & de Christi promissis diffidat. Cuius bonitas quū passeruculos benigne/ & pascat, & vestiāt, hominem piū sibiq̄ fidentē destituet scilicet? Sed iam commoditatū, quas adferre credunt, rationem ineamus. Primum etiam gentilium philosophorum consensu, inter vtilia bona, diuitia postremū locum obtinent, & quum iuxta Epicteti partitionem, praeter vnam animi virtutem, reliqua omnia extra hominem sint, nihil tamē tam extra nos est, q̄ pecunia, nihil tam exiguā adfert commoditatē. Etenim si quicquid vsq̄ est auri, quicquid gemmarum, id omne tu solus possideas, num ideo tua mens fuerit, vel pilo melior, num prudentior, num doctior? Num corporis valitudo p̄superior? Num valentior, formosior, iunior reddet? At voluptates parat. Verum, sed mortiferas. Sed honorem cōciliat. At quem tandem? Nempe quem falsum tribuunt ij, qui non nisi stulta mirantur, & quibus placuisse, pene vituperari est. Ver⁹ honos est laudari a laudatis, summus honos est placuisse Christo. Verus honor, nō opū, sed virtutis est praemiū. Cedit tibi, suscipit te plebecula, Stulte, vestes illi tuas mirant, non te. Quin tu in teipsum descēdis, & animi tui miseram pauperiem consyderas? Quā vulgus si videret, tam miserandum iudicaret, q̄ nunc beatū praedicat. Verum amicos res comparat. Fateor, sed falsos, neq̄ tibi eos comparat, sed sibi. Atq̄ adeo isto titulo vel infelicissimus est diues, quod amicos ne dignoscere quidē queat. Alius in sinu odit vt tenacē, alius inuidet, vt opulētior, alius ad se spectans, assentatur, & arridet, vt arrodāt. Coram qui est amantissimus, maturam mortem precat. Nemo tam amat, quin mortuū malit q̄ viuū. Nemo tam familiaris, a quo verum audiat. Quod si maxime sit, qui diuitem sincere diligit, ille tamen nō

Mathei,
10.

Lu

M

Ep
M
6

potest quenc̄ nō habere suspectum. Omnes vultures iudicat,
 cadaueri inhiantes, omnes muscas ad suum compēdium ad-
 uolantes. Quicquid igitur commoditatis videntur adducere,
 id fere, fucatum, umbraticum, pręstigiosumq; est. At verorū
 malorum plurimū adferunt, verorum bonorum plurimum
 adimunt. Proinde si bene accepti atq; expensi rationem sub-
 duxeris, profecto reperies, nūq; tantū adferre commoditatis,
 quin nimio plus incomodorum secum trahant. Quā miseris
 laborib; parant, quātis periculis, quāta sollicitudine seruant,
 quanto dolore amittuntur. Quibus de causis & spinas appella-
 lat Christus, quod omnem animi tranquillitatem, qua nihil ho-
 mini dulcius, mille curis dilaniant. Neq; vnq; sitim sui sedant,
 verū magis ac magis irritant. In omne nefas pręcipites agūt.
 Neq; tibi frustra blandiare dicens, nihil prohibet pariter & di-
 uitem esse, & pium. Memēto quid dixerit veritas, facilius esse
 Camelum transire per foramen acus, q̄ diuitem intrare in
 regnum cęlorum. Planeq; verum est illud apud diuū Hie-
 ronymū, diuitem hominem, iniqui aut dominū esse / aut her-
 redem. Ingens opulentia nūq; sine peccato / vel paratur / vel
 seruatur. Cogita, quanto melioribus opibus te spolient. Odit
 enim virtutis indolem, odit honestas artes, quisquis admira-
 tor est auri. Pręterea vnū auaritię vitiū idololatria nominat a
 Paulo, neq; cum vilo prorsus alio minus conuenit Christo.
 Nec idem potes & deo seruire & mammonę.

Luc. 6.
 Mat. 19
 Ephe. 5
 Math. 6

¶ Epilogus remediorum contra
 vitium Auaritię.

Desines igitur mirari pecuniam, si vera bonā cum falsis, si fucata cōmoda, cum veris incommodis diligenter expenderis. Si summum illud bonum cōtemplari, atq; amare cōdidiceris, quod vnū quum adest, etiam si reliqua omnia defuerint, abs-
 unde explet animum hominis, qui capacior est, q̄ vt vel vni-
 uersis huius mūdi bonis queat satiari. Si crebro tibi reuocaris
 ob oculos, qualem te primū terra nascentem exceperit, qualē
 item receptura sit morientem, Si semper cogitationi obseruet

Respondendo

Respondendo

W. t. m. v.
tu. Stultus ille euangelicus, cui dictum est, hac nocte repetit **Luc. 12**
a te animam tuam, & hac quæ congregasti, cuius erunt? Si
mentem a deprauatis vulgi moribus ad Mariæ, apostolorum,
martyrum, maxime Christi capitis tui paupertatem flexeris,
semperque vae illud tibi metuendum esse statuas, quod ille di- **Luce. 6,**
uitibus huius sæculi minatus est.

¶ Contra Ambitionem.

**Ambitionis
remedia**
Inratam
Mord.
**Honor huius
sæculi quæ falsus
est.**

Si quando incantamentis suis tentabit animū tuū ambitio, his
remedijs eum præmunies, Statim iuxta ea quæ superius tradi-
dimus/hoc mordicus teneto, solum eum honorem esse, qui a **Mat. 11.**
vera virtute proficiscitur, quem ipsum tamen oportet interdū **Ioan 6.**
fugitare, quemadmodum & sermone & exemplo nos docuit
Christus Iesus. Vnicum autē honorē, & homini Christiano
expetendū esse, nō ab hominibus/sed a deo collaudari. Etenim **2. co. 10**
quem ille cōmendat (vt inquit Apostolus) is demum pro-
batus est. Honor autem, si ab homine defertur, ob rem inho-
nestam, utique a turpibus, non honor iste, sed ingens est pbrū.
Si ob mediā, puta formam, vires, opes, genus, ne tum quidē
honor recte dicetur. Nemo enim promeretur honorē ea re,
qua non meretur laudari. Si ob honestam, honos quidē erit,
at non appetet, qui promeretur, ipsa nimirū virtute & consciē-
tia recti contentus. Vide igitur quæ deridiculi sint honores isti,
quorum cupiditate tantopere vulgus aestuat. Primū enim a
quibus tandē dantur? Nempe ab ijs, quibus nullū discrimen honesti
atque inhonesti. Ob quæ: Plarūque ob mediā, nōnūque ob turpia.
Cuius Indigno. Quisquis igitur honorem exhibet, aut metu fa-
cit, & vicissim est metuendus, aut vt prosis, & ridet te, aut quia
miratur res nihili nulloque honore dignas, & miserandus est,
aut quia te iudicat his rebus ornatum, quibus honos debeat,
quod si falso opinatur, cura vt fias id, quod ille te putat esse. Sin-
vere, omnem honorē tuū in eum refer, cui debes & illa quibus
honos tribuit. Tam non cōuenit tibi arrogare honorē, quæ nō
debes tibi arrogare virtutem. Alioqui quid amentius, quæ tui
preciū de hominū opinionē metiri? Quibus in manu

est simul atq; collubuit, hoc ipsum honoris quod largiuntur
 rursus auferre, ac te modo honestatum dehonestare. Proinde
 nihil stultius, q̄ talibus honoribus, vel gestire, quum contin-
 gunt, vel ringi/quum auferuntur. Quos veros non esse, vel ^{Ringo}
 hoc intelliges argumento, quod sunt cum pessimis & celeras-
 tissimis cōmunes. Imo nullis fere contingunt copiosius, q̄ ijs
 qui sunt veris honoribus indignissimi. Cogita q̄ beata trans-
 quillitas modestæ priuatæq; et ab omni superbix strepitu ses-
 motæ vitæ. Contra q̄ spinosa, q̄ plena curarum, periculorū,
 dolorum, vita potentium. Quā difficile secūdis in rebus, non
 obliuisci sui. Quā arduum in lubrico stantē non cadere. Quā
 capitalis ex alto ruina. Omnē honorem cum summo onere
 coniunctum esse. Quā seuerum iudicium supræmi iudicis in
 eos futurum sit, qui hic sese in honoribus vsurpandis, cæteris
 anteposuerunt. Etenim qui sese demiserit, ei vt pusillo succur-
 ret misericordia. Qui vero sese vti spectatum erigit, is sibi ipsi
 gratiæ subsidium intercludit. Christi capitis exemplum semp
 animo inhereat tuo. Quid illo secundū sæculum ignobilius,
 despecti⁹, inhonorati⁹? Quā fugit honores etiā oblatos, q̄ q̄
 uis honore maior erat. Quam derisit a sella sedens. Quā dam-
 nauit palla tectus, & spinis coronatus. Quam non gloriosam
 mortem eligit. Sed quem mundus contempsit, hunc glorifica-
 uit pater. Tua gloria sit, i cruce Christi, in qua & salus est tua.
 Quorsum tibi humani honores, si te reñciat, despiciatq; de⁹,
 execrentur angeli?

¶ Contra ælationem tumoremq; animi.

Non intumesces animo, si iuxta tritissimū illud Adagiū cog-
 noris temetipsum, id est si quicquid in te magnum, quicquid
 pulchrum, quicquid præclarum, id dei munus, non tuū bonū
 esse ducas. Contra quicquid humile, quicquid sordidum, quic-
 quid prauū, id totū ad te solum referas. Si memineris, quantis
 in sordibus conceptus sis, quātis natus, q̄ nudus, q̄ inops, q̄
 brutus, q̄ miserandus in hāc lucem proreperis. Corpusculū ^{Proreperis}
 illud/quot vndiq; morbis, quot casibus, quot erumnis expo-

Superbiæ reme-
 dia.

Augus

stoliditas

Responso

Crista

Subpido

Nota bene,

Bulla

**Iracundia res
media**

litum sit. Immanem istum gigantem & immenso turgentem spiritu, quantula res possit repente conficere. Expende & illud, cuiusmodi sit illud, unde tibi places. Si mediū, stulticia est, si turpe, dementia, si honestum, ingratitude. Memineris nullū aliud esse certius stoliditatis insipientiaeq; documentum, q̄ si quis sibi vehementer placeat. Præterea nullum stultitiæ gen⁹ esse deploratius. Si turgescit animus, quod se tibi submittit homuncio, cogita, quanto maior, quantoq; potentior tuo imminet capiti deus, qui omnem ceruicem elatam deprimit, & omnes colles in plana deducit, qui nec angelo quidem superbienti pepercit. Conducent & illa, licet leuiores, si te semper cōponas cum præstantioribus. Places tibi de forma corporis, cōfer te cum ijs qui te forma præcedūt. Cristas erigit tibi doctrina, ad eos refer oculos, ad quos tu nihil didicisse videaris. Desinde si reputaris, non quantum adsit bonorum, sed quantum desit, & cum Paulo oblitus eorum quæ a tergo sunt, enitaris ad ea quæ a fronte restant. Præterea non inscium fuerit & illud, si afflante superbiæ vento, mox nostra ipsorum mala vertamus in remedium, quasi venenum veneno pellentes. Id ita fiet, vbi si quod ingens corporis vitium, si quid insignis incommodi nobis vel fortuna dedit, vel attulit stulticia, quod animū vehementer mordeat, id ante oculos statuamus, & pavonis exemplo/ea nostri parte nosmetipsos potissimum contemplemur, qua sumus deformatissimi, ita fiet, vt statim subsidant criste. Ad hæc, præterq; quod non aliud vitium deo inuisius, est & apud homines in primis vbiq; odiosa/atq; irrita arrogantia, quum contra modestia, & diuinum fauorem cōciliet, & hominum beneuolentiam adglutinet. Ergo vt summatim dicam, duo præcipue prohibebunt a superbia, si consideres quid ipse sis in te, putredo in exortu, bulla in omni vita, esca vermiū in morte, & quid Christus factus sit pro te.

2. pet. 2
Esa. 40.

Phil. 3

¶ Aduersus iram, & vindictæ cupiditatem

Quum te vehemens animi dolor / ad vltionem extimulat,

memineris nihil esse minus iram, quæ quod falso imitatur, puta fortitudinem. Nihil enim æque muliebri, nihil tam imbecillis proiecitur animi, quæ vindicta lætari. Animosus videri studeas, quod inultam iniuriam non pateris, at isthoc demum pacto, perdis puerilitatem tuam, qui (quod est viri proprium) animo temperare non queas. Quanto fortius, quanto generosius, non alienam stultitiam continere, quæ imitari. At nocuit, ferox est, insultat. Quo turpior est, hoc magis caue, ne fias illi similis. Quæ malum vana est, ut alienam improbitatem vlciscaris, te fieri improbiorem. Si contempseris contumeliam, intelligent omnes indigno factam. Sin commouere, iam inferentis causam feceris meliorem. Deinde illud reputa, quod res est, si quod est acceptum incommodum, id neutiquam tolli vindicta, sed per pagari. Quis enim denique finis fuerit mutuarum iniuriarum, si suum quisque dolorem perrexerit vindicta retaliare? Crescunt utrinque inimici, incrudescit dolor, qui quo inueteratior est, hoc nimirum insanabilior. At lenitate tolerantiaque sanatur nonnumquam etiam is, qui fecit iniuriam, & ad se reuersus, ex inimico fit certissimus amicus. Per ultionem vero malum ipsum, quod a te cupis depellere, id in te recipitur, non sine malo scenore. Erit & illud non inefficax iræ remedium, si iuxta superiorem rerum partitionem, consideres, hominem homini non posse nocere, si nolit, nisi in his quæ sunt extranea bona, nec ad ipsum hominem magnopere pertinent. Nam vera animi bona solus deus potest eripere, quod non solet, nisi ingratis, solus potest largiri, quod non consuevit immitibus & ferocibus. Nemo igitur Christianus leditur, nisi a semetipso, nulli nocet iniuria, nisi suo auctori. Adiuuant & hæc tametsi leuiores, ne dolori mentis obsequare, sed commode collectis rethorū circumstantiis, pariter & tuum incommodum extenues & alienam eleues iniuriam, his ferme modis. Lesit, sed facile refarciet. Tum puer est, rerum imperitus adolescens, mulier est, alieno fecit instinctu, imprudens, probe potus, æquum est ignoscere. At contra grauius quidem lesit, sed pater est, frater, præceptor, amicus, vxor, par est, hoc doloris illius vel charitati, vel auctoritati condonare.

Retaliare

Iniuria qualiter
facilius sufferat

**Iniuria qualiter
facilius sufferat.**

Aut paria faciens iniuriam cum alijs illius in te beneficijs com-
pensabis, vel cum tuis in illum offensis exæquabis. Hic quidẽ
lesit, sed alias q̃ sæpe profuit. Illiberalis est animi, benefactorũ
obliuisci, iniuriolæ meminisse. Nunc me offendit, sed quoties
a me offensus. Ignoscam illi, vt mihi meo exẽplo ignoscat &
ipse delinquenti. Porro multo præsentius remedium fuerit, si
in peccato hominis in te, cogites quæ, quãta, quoties tu peccas
ris in deum, q̃ multis nominibus illi sis obnoxius. Quantũ tu
remiseris debitori fratri, tantũ tibi condonabit deus. Hanc dif-
soluendi æris alieni rationem nos docuit / creditor ipse. Non
recusabit legem, quam ipse statuit. Tu vt a culpis exoluaris,
Romam cursitas, nauigas ad diuum Iacobum, emis condo-
nationes amplissimas. Equidem nõ damno, quod facis, sed vt
omnia facias, nulla tamen cõmodior ratio, qua post offensam
reconcilieris deo, q̃ si tu offensus recõciliare fratri. Condona
leuem culpã proximo (leue enim est, quicquid homo peccat
in hominem) vt sibi tot milia culparum condonet Christus.
At durum est inquis animum excandescens comprimere.
Non tibi succurrit, quanto duriora pro te tulerit Christus?
Quid eras, quum pro te impenderet animam præciosam?
Nonne inimicus? Qua lenitate quotidie te tolerat, veteres ite-
rantem noxias? Postremo qua mansuetudine ille pertulit p-
bra, vincula, verbera, deniq̃ mortem probrosissimam? Quid
te iactas de capite, si non curas esse in corpore? Non eris mẽ-
brum Christi, nisi sequaris vestigia Christi. Sed indignus est,
cui ignoscatur. Ita ne tu dignus eras, cui ignosceret deus? In
teipso vis experiri misericordiam, & in fratrem vis exercere
saueram iusticiam? Magnum est si peccator ignoscas pecca-
tori, quũ Christus pro crucifixoribus suis orauerit patrem?
Arduum est non referre fratrem, quem iuberis & amare?
Durum est non remetiri maleficium, pro quo nisi beneficium
retuleris, non hoc eris in cõseruũ tuum, quod fuit Christus
in seruum suum. Postremo si indignus hic, cui beneficium p-
maleficio rependatur, at tu dignus qui facias, dignus Christus
pro quo fit, Sed veterem ferendo iniuriam, inuito nouã, Res-

Mat. 6.

Luce. 6

Ioan. 10

I. co. 12
Ephe. 5

Lu. 24

Mat. 18

probra
**Mẽbrũ Christi
nõ est qui non
sequit vestigia
Christi**

**Iniuria an pro-
pulsanda**

P̃s. 4

Ro.

petet iniuriã, si hanc abstulerit impune. Si citra culpam potes vitare, vita, si mederi, medere, si resarcire, resarci. Si sanare fuerentem, sana. Sin minus, pereat ille solus potius q̄ tecũ. Istum qui se damnatum dedisse putat, cõmiseratiõne non pœna dignũ

P̄. 4. **†**puta. Vis cũ laude irasci? Irascere vicio, non homini. Sed quo natura p̄pensior es ad hoc vicij, tanto diligentius temet multo ante p̄munito, semelq̄ hoc decretum penitus animo insculpas tuo, ne quid vnq̄ vel dicas, vel facias iratus. Nihil tibi credideris cõmoto. Suspectum habeto, quicquid impetus ille animi dictauerit, etiam si sit honestum. Memineris inter phreneticũ, & ira bachantem, nihilo plus interesse, q̄ inter breuẽ & perpetuam insaniam. Succurrat, q̄ multa per iram vel dixeris / vel feceris pœnitenda, quæ iam frustra mutata cupias. Proinde de quũ tibi bilis efferuescit, si te non potes ilico totũ ab ira vendicare, saltem eatenus resipisce, vt te memineris sanũ non esse. Hoc meminisse sanitatis pars est nonnulla. Sic tecum cogita. Nunc quidem ita sum affectus, at paulo post alia mēre fuero. Quir ego interim dicam in amicum iratus, qd̄ postea placatus mutare non queam? Quir nunc faciam insanus, qd̄ mihi redditus magnopere doleam? Quir nõ hoc potius a me impetret ratio, quir non impetret pietas, deniq̄ quir non impetret Christus, qd̄ tempus ipsum paulo post impetrabit? Nemini (opinor) tantum atræ bilis addidit natura, quin saltẽ hæctenus sibi possit imperare. Optimũ aut̄ fuerit sic instituto, ratiõne, assuetudine durare animũ, vt omnino nõ cõmoueare. Perfectum erit, si vitio tantũ indignatus, pro contumelia reponas officij charitatis. Postremũ & humanæ temperantiæ, ne te totũ animo permittas. Prorsum nõ irasci/deo simillimũ est, eoq̄ pulcherrimũ. Malum in bono vincere, est perfectiã Christi Iesu charitatem æmulari. Iram premere, frenoq̄ coercere, hominis est cordati. Indulgere bili, ne hominis quidẽ est, sed plane ferarũ, idq̄ imitiũ. Qd̄ si iurat cognoscere, q̄ vehementer sit indecorum homini ab ira superari, fac sanus quum es, vultum irati contemplare, aut ipse iratus speculum adeas. Quum sic flammantes ardent oculi, pallent genæ, distorquet

M

Irasci quatenus licet

¶ Nota bene

Ira breuis insana

os, spumant labia, remunt membra, fremit vox, nō constant
sibi gestus, quis te existimet hominē esse? Vides amice suavis-
sime q̄ immensum pateat æquor, de reliquis vitijs consimili
modo differendi. Sed nos medio in cursu vela colligemus, id
qd̄ reliquū est tuæ sollertiæ relicturi. Neq; em̄ p̄positi nostri
erat, & sane q̄ infinitū fuerit, ita vt coepimus, singula vitiorū
genera singulis quasi declamationibus dissuadere, atq; ad his
oppositas virtutes adhortari. Tantū volui, quod tibi satis fore
credebam, rationē & artem quandam nouæ militiæ cōmon-
strare, qua te posses aduersus pristinæ vitæ repullulantia mala
cōmunire. Itaq; qd̄ nos in vno atq; altero exempli causa fe-
cimus, id te ipsum oportebit facere, quum in singulis, tum pos-
tissimū in his, ad quæ cognoueris te/siue naturæ, siue consue-
tudinis vitio peculiariter instigari. Aduersus hæc certa quæ-
dam decreta in albo mentis nostræ describēda sunt, atq; ea ne
de cōsuetudine obsolescant, subinde renouanda. Veluti cōtra
malum obtreccionis, turpiloquij, inuidentiæ, gastrimargiæ,
& id genus reliqua. Hī soli sunt hostes militū Christianorū,
in quorū assultū, oratione, sententijs sapientū, dogmatibus di-
uinæ scripturæ, exemplis piorū hominū, & maxime Christi,
multo ante est præmuniendus animus. Hæc omnia tamen nō
dubitem, quin assatim tibi suppeditatura sit sacra lectio, tamen
fraterna charitas nos est adhortata, vt saltem hac extemporali
scriptiuncula, pro mea virili, sanctum tuum propositum p̄mo-
uerem adiuuaremoꝝ. Id quod eo feci maturius, qd̄ non nihil
metuerem, ne in superstitiosum istud religiosorum genus in-
cideres, qui partim quæstui seruietes suo, partim ingēti zelo,
sed nō secundū scientiam, circūeunt mare & aridam, & sicubi
nacti fuerint hominem a vitijs ad meliorem vitam iam resi-
piscētē, eum illico improbissimis hortamentis, minacijs, blan-
dicijs, in monachātū conantur detrudere, perinde quasi extra
cuculū Christianismū non sit. Deinde vbi scrupulis meris, &
inextricabilibus spinis pectus illius expleuerint, ad humanas
quasdam traditiūculas astringūt, planeq; in Iudaismū quendā
præcipitant miserum, ac trepidare docent non amare. Mos

Monachātū nō
facile suadēdus
est.

Mat 23

Eph

nachatus non est pietas, sed vitæ genus, pro suo cuiusque corpore
 ris ingenijque habitu vel utile vel inutile. Ad quod equidem
 ut te non adhortor, ita ne dehortor quidem. Hoc modo com-
 moneo, ut pietatem neque in cibo, neque in cultu, neque vlla re vi-
 sibili constituas, sed in ijs quæ tradidimus. In quibuscumque
 depræhenderis veram imaginem Christi, cum ijs te copula.
 Porro vbi desunt homines, quorum cõuictus te reddat me-
 liorem, abducito te quantum potes ab humano consortio, &
 prophetas sanctos, Christum, apostolos/in colloquiũ ascisce.
 In primis autem Paulum tibi facito familiarem. Hic tibi semp
 habendus in sinu, nocturna versandus manu, versandus diur-
 na, postremo & ad verbum ediscendus. In quem nos iampriz
 dem enarrationem magno studio molimur. Audax quidem
 facinus, sed tamen diuino auxilio freti, sedulo dabimus ope-
 ram, ne post Origenem, Ambrosium, Augustinum, ne post
 tot recentiores interpretes, hunc laborem omnino vel sine
 causa, vel sine fructu suscepisse videamur. Atque ut intelligant
 calumniatores quidam, qui summam existimant religionem,
 nihil bonarum literarum scire, quod politiorem, veterum li-
 teraturam per adolescentiam sumus amplexi, quod vtriusque
 linguæ Græcæ pariter ac Latinæ, mediocrem cognitionem/
 non sine multis vigilijs nobis peperimus, non ad famam inas-
 nem, aut puerilem animi voluptatem spectasse nos, sed multo
 ante fuisse præmeditados, ut dominicum templum, quod non
 nulli inscitia barbarieque sua nimis dehonestarunt, exoticis or-
 nibus pro viribus exornaremus, quibus & generosa ingenia
 possent ad diuinarum scripturarum amorem inflammari. Sed
 hac tanta re, pauculos dies intermissa, hunc laborem tua causa
 assumpsimus, ut tibi veluti digito viam, quæ compedio ducit
 ad Christum, indicarem. Præcor autem Iesum istius (uti
 spero) propositi parentem, ut salubribus tuis coeptis, benigno
 aspirare dignetur, imo ut suum in te mutando munus augeat
 perficiatque, quo cito grandescas in eo, & occurras in virum

Monachatus non
 est religio

Paulus semp in
 manu habendus

Literas bonas
 ignorare quidam
 fatui etiam theolo-
 gi summam
 existimant reli-
 gionem.

scotus

Ephe. 4

M ij

perfectum. In eodem bene vale frater & amice, semp quidē
animo dilecte meo, at nūc multo q̄ antehac tum charior, tum
iocundior. Apud diui Audomari, ex monasterio Bertinico.
Anno a Christo nato supra Milleſimū quingētesimoprīmo.

¶ Finis Enchiridij.

ODE
CASA
ERASMI ROTERODAMI ODE DICO
los, Distrophos, altero versu Heroico Hexametro,
altero Iambico dimætro. De casa natalicia
pueri Iesu, deq; paupere puerperio
virginis deiparæ Mariæ.

Ecquid adhuc sequimur veterum spectacula rerum?
Huc huc frequens currite.
Hec casa/que lacera/& stat agrestibus horrida culmis
Nouum dabit spectaculum.
Quale nihil seclis proauū videre vetustis:
Nihil videbunt posterū.
Hic cuius tonitru tellusq; tremiscit & æther:
Teneris crepat vagitibus.
Hic orbis magni moderator maximus/ infans
Virginea mulget vbera.
His ego non stabulis augusta palatia Rhomę
Fœliciora iudicem.
Non (operosa licet) Solomonia templa, nec auream
Lydi tyranni regiam.
Salue clara domus celoq; beatior ipso:
Partus sacrați conscia.
Iure tibi Iouis inuideant capitolia falsi:
Diuis superba saxeis.

Capitolium


Aegyptus sancta inuideat cunabula : monstris
 Finem datura turpibus :
 Nec minus apta deo es : q̄ hiantibus vndicq̄ rimis
 Hymbres & Euros accipis
 Q̄ Lodicis egens : rigidocq̄ incōmoda feno /
 Fœtus rubentes excipis.
 Talia nascentem decuere cubilia Christum : vt
 Qui dedocere venerit
 Fastum : nullaq̄ non suadentem turpia luxum .
 Non hic renident purpure
 Sertate frondea : nō imitantes fulmina tede :
 Non mensa sumptuosior .
 Nec strepit officijs domus ambiciosa : nec alti
 Fouent puerperam thori.
 Pannosus iacet in duris præsepibus infans :
 Diuinus attamen vigor
 Emicat : & patrioe vagitu dispuat ignes.
 Sensere præsentem deum :
 (Q̄ licet) puero iumenta tepentibus auris
 Frigus decembre temperant.
 Vpilio calamis iisdem : quibus ante capellis
 Agreste : sed pium canit.
 Aethereiq̄ chori volitant cunabula circum :
 Vt mensibus vernis / apum
 Degenerem simul ac pepulere examina regem /
 Regi nouo / fauentibus
 Applaudunt alis : sublimēq̄ agmine tollunt :
 Sic turma cœlitum / duci
 Circūfusa suo / gaudens stupet : atq̄ iacentem
 Pronis adorat vultibus.
 Et natalicium sonat ad præsepia carmen :
 Coniunx pudicus interim
 Fusus humi : magnum trepidus veneratur alumnum
 Porro puella nobilis


Pars bona spectack/defixis heret ocellis,
Primumq; sese non capit,
Secq; suumq; stupens genitrix virguncula partum/
Nulli marito debitum.
At simul eiecit pietas materna stuporem:
Prædulce pignus corripit:
Ac modo porrectis prohibet vagire papillis:
Modo tepente frigidum
Blanda fouet gremio, paruisq; dat oscula labris
Nunc pectori adprimit suo:
Nunc blefo teneros inuitat murmure somnos
Amabili inuicem modo
Lætam prole deo videas gestire parentem:
Prolem parente virgine.

τελος

□ Lypsi, in ædibus Valentini Schumanns
Calcographi diligentissimi. Octa-
uo Calendas Septembris.
Anno &c̄ .xvi.







Haeresis venit ex superbia et avaritia

Manifesta itaque haec pertinacia est, cum quis in fide
sua, subiectis se non vult emendationis locum,
quorum interest. Et quid mirari? quam dum
malum operatur, odit lucrum, ut veniat ad illud,
ut forte opera eius augetur. Sic Leo inquit
proclamat quidem et suo more graviter Ioannes
1:24:4:3 Quid iniquius sapere quam sapere ipse
et doctoribus non credere; Sed in hanc insipientiam
cadunt: qui nec ad veritatem agnoscendam ali-
quo impedimento obstaculo, nec ad prophetas
veros, nec ad Apostolicas literas, nec ad Evan-
gelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt.
Et si quisquis se infans demergetur, et plura
sibi vult totam quam toti mundo et tribuat et
credat, manifeste pertinax est. Gerson, et tollit
istud peccatum, et dicitur et nobile dicitur:
Eum sibi dicit esse vult, proprio dicit proprio,
non iam indiget demonis tentante, quia
factus est sibi ipse demon. Manifestam tamen
illam pertinaciam arguit, cum quis ad hunc
Iam errorum suum alios quoque in
:minis: promissis: pro et pro inducere
conatur: quia evidens est hoc argumentum

illum, inquit, septimum suum errorem inrefragabiliter defen-
firum Lint 12 Quirungum suum de sum r Grego
non est, contra enim est, et quis cum eo no colligit
dissertit. Curfusodi iam probo dolor, plurimum
sunt de similitudinis et naturis dissertit
eo quod de numero sunt illorum, qui res
iradiliter resistunt veritati, no sicut ar ~~Jacobus~~
Joannes et Marobres resistunt Moysi. Veru
providi dicit illis putant inqta illud von
Apos toli. Resistunt veritati, homines corrumpit
mente, reprobi circa fides, sed ultra no pferit
insaniant itaq sevant et tumultuantur
Theogristiani et libet, permittit enim eis
deq for ad tempus Attamen adfir tandem
succumbent, et stultitia iporum innotescit
omnibus Veritas namq tempus, quibus inqta
bitur in rectoribus ecclesie ista ppheta dicit
Dixeritis Amen dico vobis, tolerabilis erit
terre Sodanus et Gomorre in die iudicij q
tali similitati, Vis sine fundamentis inqta
dentis adeo et solide punitis potentiam istos
adversus tollitiam tumultuantur. Qui
uno verbo tibi, Superbia est Et ad for pntes

et notabile dicitur Hieronymi sup ab dicitur
timor beate mentis confidentium in iustis
vix et secretis suis et quantum in ipso et
reproverunt sibi regnum celorum. et p
dand inquit posuerunt in celum et
suum. et lingua eorum transfuit in terra
et sicut abbas inquit. Superbia cordis
et tunc te suscipit Hieronymus. Cuius
ferocitatem in superbia re tollitur.
ecclesie simplicitatem parvipendunt. Quod
quod imaginis satorum veneratur ecclesia
Carostadius quod vocat: observo simplicitatem
Hieronymus quomodo deo placet: iuxta ritum
Oratorum

Quare ieiunamus et non asperiti, humilia
minis animas nostras et resisti? Ecce in
die iudicij ieiunij vobis invenitur voluntas
vra et oes debitores vros repetitis. Ecce
ad lites et retentiones ieiunatis, et per
nititis pugna impit. Nolite ieiunare
sicut vobis ad sanum diem, et audiat in
terese clamor vester. Nunquid tale est
ieiunium quod vobis per diem afflige
re feminem animam suam

Utrumquid hoc ~~verbis~~ ~~inimicus~~ conturbat qd.
irritum rapit fuit, et factum et ritibus
terrens. Unde hoc ~~verbis~~ ~~inimicus~~ et
dicitur acceptabilem ^{fuit} domino, Sed quid hoc
esse dicitur? Dicitur id quod ipse mada
rat? Minus, Quod igitur Sed in carne et
quo manere, et in re nihil manere, id
vero detestatur Proinde utroq modo vero qd
velit accedere demonstrat Lamentum
inquit mundi estote, ainferte malum
rogitationum et traximus de oculis meis
cuius audis mala rogitationum non
palam spiritum, et internum formis
~~demonstravit~~ demonstravit Esse secundo
Oculus domini non videt in manifestis
sed in occultis, neq sermone visum
oculorum iudicat, neq sermone auditu
oculorum arguit Matthaei 18 Nescit for
tius videri, foris repolitas, intus
mores Matthaei 7 Non novit eos qui
labijs dicunt dominus dicit

Missorum vrorum quotidie sed debite quae
legit videretur. Deum Gratias

Quia forte quotidie sacrificas, et tibi vinis, neque
ad te pertinent incommoda proximi tui. Adhuc
in carnis esse sacramenti. Verum si sacrificas
dais operam id esse, quod illa sumptio significat
puta idem spiritus cum spiritu christi, idem
corpus cum corpore christi. Vinum membrum carnis
S. nihil amas nisi in Christo, si omnia tua bona
putas omnibus esse bona, si omnia incommoda tibi
dolent, ita deum magno fructu sacrificas
nempe spiritualiter. S. te sentis in Christo
quodammodo transfusivari, et iam minus
minisq; in te ipso vives, spiritum gratia
age qui solus unificat

Missae qualiter audiendo

Missae quot quotque die sacris adferunt in
intrare solent, atq; hoc ut tamq; max
ima fecti, quasi nihil preterea debeant
ergo ita templis regressi ad pristinos mo:
ros redeunt, quod carum pietatis
amplentur in laudo: quod illis resistunt
non laudo peragatur in te, quod illis
oribus representatur. Representatur



more rapito, aperte te intus in sumis, quod
animus quam prope tu mortuus mundo
quod si te totum adferre possident, ira, ambitio,
superbia, voluptas, invidia, etiam si
contingat altare, procul abest a sacro
Sacrificis est pro te christi, inarta tu perinde
itas, sacrificia tantissimum illi, qui pro
te semet immolavit patri. Hoc si ut regi
tas quidem et in illo confidens, odit deo
singularem tuam et nostram religiosam
tuam

Siquia benedicta

Ab omni seris aquinola conservata, quousque attinet
modo tu intermas sordis no abstergas
ab animo

Sacrifici qualiter ipse colendi sunt
Sensuarius dios, gaudeas totum religiositas
contingere Sed totum quod illi reliquunt
optimum. Puta vite sine seipso
Nullus cultus gratior Mariae, qd si Mariae
similitatem imitris. Nulla religio istis
acceptior, magisq; propria, qd si virtute
illorum repraesentat. Laboris. Dies tibi

Demereri Petrum ac ^{pauciora} ~~magis~~ alterius fidem, alterius
caritatem imitare, plus ferre q̄ si deus Roma
institaris. Vis sumo honore fransisim affi-
rent; statim es, admirator primis es, totiusq̄
es, largire for dno, Compeste animos, et exemplo
fransisi est modestior, contemne pordidū lūm
et infra bonis animi. Remitte totentionem
et vivere in bono malo. Iste honorum pluris
facit dno ille, q̄ si rentū illi reuocet ac
reueris

Reliquie sacrorum
quia tenus Deverande

Adoras ossa pauli in loculis condita, non adoras ossa pauli
in scriptis latentem; magnifans fragmentū corporis,
per ditionem perspicuum, et nō miraris totū animū
pauli per literas pellucidam. Virescit vobis
ad quos nō nōnūq̄ vitia tolluntur corporū, nō
nō literas magis quibz vitia sanantur avarum.
Signa ista mirentur fideles, quibz data sunt hi
fidelis libros illius amplectere, ut qui nō distudis
deū oia posse, distans ad sup oia diligere

Baptismus nō facit christianū

Baptizatus es non protinus te christianū putes. Mens
tota nihil nisi mundum sapit. In manifesto
christianus es in occulto gentior gentibus

Quia ita: quia corpus sacramenti tenet spiritum carum
Ablutum est corpus quod restat; dum animus manet
inquinatus; Solum contacta est raro, quod
pium, si insulsus manet animus, si virtus
est corpus, at immortus est animus, Qui tunc
sultus est ergo insulsus, et iocundus tunc in no
mitate vite meditantis ambulans, adgnos
sificationem

Vates enim propheta

Vates propheta sit tibi vates atque poeta

Vendibilis verkapelich

Vino vendibili haud opus est suspensa hedera

Verna enim dener

Non vult verna probus dominis servire duobus

Vesper autem

Vergilius

Vestis quod vesper serius vehat

Vicissitudo enim veränderunge

Omniū verū vicissitudo est

Crecentis

Victima enim offer gegeben vor die vira

Victima pro victis datur hostia pro superadis

Vicia enim vücke

Et vitium crimen viciam quoque dicitur semen

Violare hoc vitium
Ut sol non violat vitrum per quod tamen intrat
Violentium gewalt

Nullum violentium perpetuum

Vir enim manet 4 modis de

Vir notat etatem sexum sponsum et probitatem

Vincere bindere
Vincio quem supero sed vincio quem ligo vinculis

Villium bose vom

Qui virgi dat villium mala passio torqueat illu

Vis kraft

Corpus habet vires animisq; insita virtus
Vis in utroq; manet, vis ratione caret

Hulcus enim suaver

Illatum vulnus imatum dicitur hulcus

Vulbare hulen

Vula cum lupis cum quibus esse lupis

Vpupa enim vla

Turpis animi feditum proprium facit vpupa

Vtreus enim evare

Vtreus et mapa pelius penduntur in aula

Vrgeo dvingen off Drinckey

Hinc fatum fateor quem talis vrget et vxor

Si vis esse: vinum venera cōtemne: et max
ime qui proficis in literis

Quæritis an Veneri liceat parere voranti

Hic quoq; erit certus sicut ubiq; modus

Multa venus vires exhaurit, spiritibusq;

Noxia consumit torpa mille modis

Rora leniat corpusq; iuvat Venus, optima vita est

Cui nec casta nimis, nec nimis ^{et} petulans

At hi rari rari flores fructusq; petuntur

Si possis Venerem spernere sanq; eris

Ebrietas mala plurimæq; pestes
enumerantur ex plinio

Vinum hominis mentem ^{libro 14 capite 32} ~~at furoribus~~ mutat ac furorē
gignit

Docet libidines trunclentia

Ebrii oculos matronas licentur et moribus perduntur

Ebrii animi secreta proferunt

Ebrii mortifera loquuntur, redditurasq; per iugitū
vires non continent, multis ita interemptis

Ebrii solem orientem nō vident

Mimis diu vivunt, Ex ebrietate sunt pallor

Pendulae genae, oriturum ulcera, Tremula manus
Furiales somni, inquietas nocturnae
Libido portentosa, foetidi ex ore Galitus
Rerum omni oblitio, mors memoriae

Quidam de ponto

Jam mihi deterior raris aspergitur aetas
Jamque meos vultu riga senilis arat
Jam vigor et quassus languent in corpore vires
Nec juveni lusus qui placere iurant
Nec me: si subito videas: cognoscere possis
Aetatis tanta facta est tanta ruina mee
Nouitate facere horum annos: sed et altera causa est
Anxietas amicum: totumque labor

Idem

Quinque ut nonquam sensu rarerimus amaro
Et gravior longa fit mea poena mea

Idem

At puto cum requies medicinae publica riva
Somnis adest solitis nox venit orba malis
Somnia me terrent veros imitantia rasis
Et vigilans sensus in mea damna me.

Manicivellg
Frigora nos torquent aetas dat omnia nobis
Sic nobis pigres tempus utrumque perit

Sicero

Nec quae praeteriit inuisi reuerabitur vnda
Nec quae praeteriit hora redire potest
Standum est aetate cito pede labitur aetas
per bona tam sequitur quam praeva bona sunt



80 L 1093



dominus ne com moue ar. **P**ter hoc delectatum

Ipsi mei et exultant lingua me a. **u** conserua

me domine quonia in te sperau. **D**ixi dno deus meus

es tu. **P**ter hoc. **R**otas michi fecisti domine

in as in te. adimplebis me len a a cum

Fragment of text from the reverse side of the page, including the words "Dabit datus" and "Nullum tunc in".



Profert quosdam dies ad nostras p[ro]p[ri]as
 admittit ut qui angelo amonitionis obsequi
 sine ad miraculorum, verbi roboracione[m] nullis
 hospitalitate[m] amica[m] h[ab]uerunt q[ui]et famulos
 suos ad omnes

Signis salutaribus in diebus
 dicitur in fine signis
 dicitur dicitur

Universum semina in **u**ltima **u**ltima **u**ltima
 semina israel. **M**agnific. **D**ominus est terra et
 terra in **u**ltima. **D**icitur terra et in **u**ltima
 qui habitant in **u**ltima. **D**icitur supra maria sunt
 dicitur in **u**ltima. **D**icitur in **u**ltima. **D**icitur in **u**ltima.



autem:

mortifi

mortifi

rum!

um po

na ego

nite uale

thesauri

re. Beatus

tudine

palacium!

um eterni.

eratem ferre

Beatus lau

dicebat.

deo meo

uingere

torquetu

mo Pen

prosa

ipse s

in the

Beau

fido!

meis.

de

to

u

ti

mundi

statu

ado

... et uoluit uis...


... q...

... +...

... +...

et non aucti cunctis de
gratia dei: et non confidere
iuris quos habes. biconditos.
Laurentius dixit. Vere con
fessus sum de thesauris
ceus cesar dixit. In putas
thesauris liberum: aut redimi
mentis? Beatus Laurentius
Ego famulus xpi securus sum
iuris ceteros. Decius tra
plenus: iussit cum nudum
di: Beatus Laurentius cu
clumabat? dicens ad deciu.

fructum multum asserit? S
ipsum dicebat esse gramini
curiam de multiplicandis
eundem infidelitate uoc
multiplicandum fide om
pulum. R P uer meus non erit
sum tecum dicit dominus dum transieris
flamma non nocet te sed se ardet
in te. V Liberto te de maria passior
te ut manu fortium. Dani. g. d. h. p. f.
Am uero ad p. i. s. i. o. n. i. s. f. u. e.
sectanda uestigia: qui un
animam suam. p. d. e. t. e. u. m.



*Enchiridion. Similitudo a magno scripto et prophetarum
et sanctorum per quos deus cum deo operatur. Hic enchiridion*

ENCHIRIDION ERASMI ROTERODAMI GERMANI DE MILITE CHRISTIANO, IN

quo taxatis vulgi superstitionibus,
ad priscae religionis puritatem,
veteris eloquentiae
lituo nos pro
uocant.

HIERONYMVS EMSER,

Rite bonas artes cum religione, vetustas
Contulit: at nobis littera sola placet.
Scire volunt omnes hodie: bene viuere nemo.
Heu frustra sapiunt, qui sibi nil sapiunt,
Quo bene priscorum calleis imiratus Erasmus,
Psalterium cytharae commodat: ora lyrae,
Oris & argentum vestiuit pectoris auro
Niliacaque Deo, praedo sacrauit opes,
Hic tibi emendus erit distractis omnibus vnus,
Tantum euangelico gemma reperta in agro,
Hic tibi Thesaurus Lector permaximus esto
Ille tuo vigilet dormiat inque sinu,
Hic tibi si placeat, Christo mihi crede placebis,
Et Christo sapiens: si sapit ille tibi,

τελος.

